diſpoſuerit de infirmo: vtrū ſit ſanādus vel mo-
riendus: q̄tūis ſm artem medicine ſit moriendꝰ:
ideo licite ꝓſequitur curam: ꝛ accipit ſtipendiū
vſqꜫ ad finem vel quaſi. Sed ꝛ tutius ꝛ melius
eſt infirmo pro cura ſui plures habere medicos
q̄z vnum ſi habere poteſt. Unde phꝰ in epła ad
alexandrū. In vno medico n̄ confidas: q̄m vnꝰ
medicus potens eſt ad nocendū: ꝛ de facili au-
det nefas preſumere: ꝛ ſi ſumenda fuerit medici
na: noli ſumere niſi de cōſilio plurimoꝝ. Pro cu
ius declaratione dicit Augꝰ de ancho. vbi ſupra
In curatione egritudinis eſt cōſideranda cōdi-
tio artis medicine cōditio egritudinis ꝛ cōditio
ſtatus perſone egrotantis.

## Et quantum ad primū

clarum eſt ꝙ medicina ſicut ꝛ quelibet ars ē in-
uenta per iuuamentū vnius ad alterū: ꝛ per iu
uamentum poſterioꝝ ad p̄ores: qꜫ ſemper poſte
riores ſe habēt per additamentū ad priores ſm
philoſophū. z. methaphyſice. Unde ſicut cōple-
mentum artis medicine eſt inuentum per multo
rum experientiā: ſic complemētum cure egritudi
nis debet fieri rationabiliter per plurimū medi
corum colloquium ꝛ ſcientiam.

## Quantum ad ſecundū

ſcilicet conditionem egritudinis. hec q̄nꜫ ē oc-
culta vni medico per ſigna que apparent: cuius
cauſam vel ꝑ illa ſigna vel per alia alius cogno-
ſcere poteſt.

## Quantum ad tertium

ſcilicet conditionē ſtatus infirmi: patet qꜫ q̄tum
in ſtatu ſublimiori tanto in periculo maiori ver-
ſatur. Ponuntur enim dn̄i in odium ꝛ emulatio
nem multoꝝ: ꝛ propter dignitatē quam habent
quibus multi inuident: ꝛ propter iuſticiam quā
exercent in reos quibus malitia placet. Unde le
gitur in epiſtola ad alexandrum: reginam indo-
rum miſiſſe ei multa munera precioſa: ꝛ īter cete
ra puellam pulcherrimā veneno nutritā: ꝛ que
iam verſa erat in naturā ſerpentis venenoſi: hac
intentione vt cognoſcendo eā toxicaretur ꝛ pi
ret: ſed premonitus abſtinuit ab ea. Et ſic ad di
ligentiorem curā adhibendā ꝛ oēm ſuſpiciōem
remouendam tutius eſt magnos viros hēre plu
res medicos q̄z vnum. Qui āt nō poſſūt plures
habere ꝛ niſi vnum cōducere ſint vno cōtenti.

¶ Nota breuiter peccata grauia medicorum.

¶ Primo ſi ignorantes notabilē exercent artē
medicine: imputatur enim eis mors infirmorū
vel aggrauatio. arg. extra de iniu. ꝛ dam. c. ſi cul-
pa. ¶ 2° cum ſunt periti vel propter negligentiā
vel alias occupationes non aſpiciunt libros nec
diligenter prouident his que ꝓuidenda ſūt: vt
in. d. c. ¶ 3° quando dant medicinas ꝛ remedia
contra ſalutē aīarum: vt procurando aborſū vel
aliud malum ſuadēdo: extra de pe. ꝛ remiſ. c. cū
infirmitas. ¶ 4° quando non inducunt infirmū
ad vocandū ſacerdotem ad faciendū confeſſio-
nem vt in. d. c. cū infirmitas. ¶ 5° cum non viſitāt
infirmos pauperes quos nouerunt: qꜫ eis nō ſol
uūt: cum nō poſſint: di. 83. §. i. ¶ 6° cum medicus
p̄recognoſcens mortē infirmi ſm artem medici
ne: non eum vel parentes vel confeſſorē auiſat:
vt ſibi prouideat de ſacramentis: ſi expedit vel
de teſtamento ꝛ huiuſmodi: timēs ne ex hoc de
terius ſe habeat vel diſpliceat ſibi vel ſuis ſcdm
Johan. neapo. in quodlibet. ¶ 7° cum non ad-
hibet diligentiam in medicinarum confectione:
niſi ſit certe expertus de ſolertia ꝛ fidelitate aro
matarij qui multa ſophiſtica aliquando in eis po
nunt. ¶ 8° cum detinent infirmum in infirmita-
te diutius vt plus ex frequentatione lucrentur:
cum eque bene citius poſſent liberare. ¶ 9° q̄n
ſine cauſa rationabili inducunt debiles ad fran-
gendum ieiunia eccleſie vel ad comedendū car
nes diebus prohibitis: ꝛ multo magis cū ipſi ea
faciant obloquentes de ieiunijs eccleſie ꝛ abſti-
nentijs. ¶ 10. de emulationibus eorum adinui-
cem: ex quibus ſe iactant de aliquibus curis ſu-
ꝑbiēdo: ꝛ ſocios deprimūt vitupādo curas eoꝝ.

¶ Titulus octauus de ſtatu mercatorum ꝛ arti
ficum. Sermo. ca. i.

## Exibit homo ad

opus ſuum ꝛ ad operationem
ſuam vſqꜫ ad veſperam. ps. 103
Prima ꝑfectio cuiuſlibꝫ crea-
ture eſt primus actꝰ eius ideſt
forma ſubſtantialis patet. z. de anima: vt in ho-
mine aīa rōnalis. ¶ Secūda vero ꝑfectio ſeu ſe
cundus actus ē opatio eius que ab ea ꝓcedit ꝑ
quam manifeſtatur virtus eius. Nec. n. creatura
aliqua ē q̄ nō aliquid operetur vł opari poſſit: ꝛ
fruſtra ē potentia q̄ nō reducitur ad actū. deꝰ āt
ꝛ natura nihil fruſtra operātur ſm philoſophū.
z. de aīa ꝛ. z. de celo ꝛ mundo. Un̄ ꝛ cōmētatoꝛ
. z. methaphyſice dicit ꝙ ſi quis aufert opatiōes
a rebus aufert eſſentias rerum. Ultima ēt felici-
tas hominis ī operatione eius ꝯſiſtit peroptima
vt dicit Ariſto. p̄mo ꝛ. x. ethicoꝝ. Et de p̄mo ho
mine dicit̄ ꝙ poſuit eū deus in paradiſo volup-
tatis vt oparetur. Gen̄. z. Et lꝫ opus eius eēt p̄n
cipalit̄ ſpūale de q̄ xp̄s loq̄tur. Jo. 6. Operamini
non cibum q̄ perijt: ſꝫ q̄ ꝑmanet in vitam eternā
ſcilicet meditādo ꝛ cōtēplādo diuina. erat tamē
ꝛ aliq̄n opus corporale: n̄ quidē ad neceſſitatē:
ſed ad delectatōem mentalē ad experiēdum vi-
res nature: ꝛ exinde magis recognoſcēdū res ip-
ſas ꝛ creatorē eaꝝ vel in eis. Sed de paradiſo
expulſus ꝓpter pctm̄ neceſſitatus ē ad operādū
terrā: dictūꜫ ē illi: In ſudore vultus tui veſcer
pāe tuo. Gen̄. 3. ideſt. vt ꝯſerues te ī vita: opor
te operari vnde viuas: ꝛ ꝓcuras tibi cibū dōec

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

reuertaris in terram. Et ſic exibit homo ad op⁹
ſ. ⁊ ad op. ſ. vſqꝫ ad veſperam. i. vſqꝫ ad mortem
que eſt ſero ⁊ finis vite ſue. Et ita in his operib⁹
exterioribus imergitur: vt raro ſciat reuerti ad
opus ſuū ꝓprium ad qd̄ eſt factus. ſ. ad deum co
gnoſcendū ⁊ diligendū ⁊ fruendum. Nam vt di
cit magiſter ſnīarum li. 2. di. i. c. 6. Fecit deus ra/
tionalē creaturā vt ſūmū bonū intelligeret: itel/
ligēdo amaret: amādo poſſidēt: poſſidēdo fruc
retur. Et hoc eſt ſūmum ⁊ perfectū opus. ¶ Ubi
ſciendum ꝙ homo exit ad opus ſuum in mūdo
iſto tribus modis. ¶ Ad opus virtuale deo prin
cipaliter monēte. ¶ Ad opus criminale diabo
lo iternaliter ſuggerēte. ¶ Ad opus māuale ige
nio naturalit̄ agente. ¶ De primo dicit Iſay. 26
c. oīa opera noſtra operatus es in nobis. ſ. tu de⁹
⁊ loquitur de operibus virtuoſis: de qb⁹ ēt xp̄s
ait Io. 15. Sine me nihil poteſtis facē ſcilicet bo
ni. dicitur tamen opus virtuoſuꝫ hominis opus:
q: ibi cooperatur liberuꝫ arbitrium eius: nō eni
inuitus trahit̄ anim⁹ ſed amore ſcōm Aug. ſ. ad
bonum opus. Et inde efficiuntur noſtra opera
ꝓpter merituꝫ. Apoc. 14. c. Opera enim illorum
ſequuntur illos. illorum: ſcilicet. bonorum homi
num: ſe. il. Cum enim deuſ remunerat merita no
ſtra coronat munera ſua. i. opera bona: que vt fa
ceremus ab eo accepimus. ¶ De 2°. ait dominus
ieſus. Io. 8. vos facitis opera patris veſtri. ſ. dia
boli. ſ. faciēdo que ipſe ſuggerit mala. diaboli. n.
ſunt ꝓpter ſuggeſtionem. Unde Hiero⁹. Sicut
eniꝫ in bonis operibus noſtris perfector ē deus:
q: non eſt volentis ⁊c. ita in malis operibus. ſ.
peccatis ſemina noſtra ſunt incentiua ⁊ perfec/
tio diaboli: de pe. di. 2. ſi enim inquit. qd̄ tamē ſa
ne intelligendū eſt: q: non eo modo diabol⁹ ope
ratur in malis operibus noſtris: quo deus in bo
nis operibus noſtris. Nam deus efficaciter mē
tem mouendo ad bonum: diabolus menteꝫ per
imaginationem, ⁊ ſenſualitatem incitādo ad ma
lum: ſicut qui porrigeret alicui pomū delectabi/
le ad edendū: noſtra autem ſunt per ſpontaneaꝫ
voluntatem. Unde Ambroſius. Nō poſſumus
non facere ſi volumus. huius electionē mali po/
tius debem⁹ nobis aſcribere ꝙ̄ alijs. 15. q. i. c. illa.
Et q: opera noſtra ꝓpter illa dānātur ⁊ punitur
quis: ſm̄ illud Rō. 2. Tribulatio ⁊ anguſtia, in
omnē aīam operantis malū iudeo primū ⁊ gre/
co. ¶ De 3°. opere dr̄. Eccleſiaſtes. 9. c. Quodcūqꝫ
poteſt manus tua inſtāter operare: exibit homo
ad opus ſuum ⁊c. Alijs quidem animalibus na
tura prouidit de victu veſtitu ⁊ armis ad ſe defē
dendum ſine eorū opere: homini vero dedit ra
tionem ex qua exeundo per diſcurſum ad actuꝫ
conſiderationis ⁊ inueſtigationis per opera exte
riora diuerſorum exercitioruꝫ ſibi ꝓuidere poſ/
ſit de victu ⁊ veſtitu ⁊ defenſione a nociuis: ⁊ q̄
ſi oīa opera exteriora hominum ad hec ordinā
tur. Exibit ergo ⁊c. vbi de ipſis operibus corpo/
ralibus. 3ᵃ nō P° bonam conſcientiaꝫ: ibi exibit

homo ad opus ſuū. ¶ 2° Debitā cōuenientiā: ibi
ad operationem ſuā. ¶ 3° Debitam permanētiā
ibi vſqꝫ ad veſperam.

## Quantum ad primum

in operibus exterioribus artium debet hō exire
de potentia intellectus ad opus ſuuꝫ interius. ſ.
ad actum diſcuſſiōis mentalis de qualitate ope
rationis artis ſue: vt non ſolū operationem faci/
at exteriorem ſm̄ regulam artis illi⁹: ſed etiā ſm̄
regulam conſcientie bone. vnde apoſtol⁹ ad ga'.
6. c. ꝓbet autē vnuſquiſqꝫ opus ſuū. i. examinet.
Si eſt rectum in intentione. Si eſt licitum ex im
prohibitione. Si eſt congruum ⁊ cū diſcretione
¶ De primo dicit Ambroſius. Intentio operi
tuo nomē imponit. nam cuius finis bonus eſt. i.
intentio que reſpicit finem: ipſū quoqꝫ bonum ē
ſ. opus inde ſequens: quod verum eſt in his q̄ de
ſe mala non ſunt. naꝫ talibus nullus bonus finis
ſeu intentio poteſt opus reddere bonū: ſicut nec
intentio dādi elemoſynaꝫ in furto: de eo excuſat
a peccato. Debet ergo in omni exercitio artis ha
beri recta intentio: vt finis ꝛ̄motus ⁊ vltimus ſit
deus: ſm̄ illud apoſtoli p̄ma ad cor. 10. c. Omnia
que facitis in verbo vel opere in gloriam dei fa
cite. Finis ꝓpinquus ſit aliqd̄ rationale: vt ſub/
uentio ſue neceſſitatis vel ꝓximorum: ſm̄ illud
apoſtoli ad ephe. 4. c. Operetur manibus ſuis vt
habeat vnde tribuat neceſſitatem patienti. Cuꝫ
enim omnia agant propter finem: homo q facit
opus agriculture lanificij artis fabrilis ⁊ huiuſ/
modi. Finis propinquus intentus ē fructus ſeu
lucrum. Et recte ait xp̄s ⁊ apoſtolus luce. 10. c. ⁊
prima ad thi. 5. c. Dignus eſt enim operari⁹ mer/
cede ſua. Finis mercedis ſue debet eſſe vt ex ea
poſſit ſe ⁊ alios gubernare ⁊ prouidere ſm̄ ſta/
tum ſuum. Finis ſubſtentationis ſui ⁊ ſuoruꝫ dꝫ
eſſe: vt poſſint viuere virtuoſe. Finis virtuoſe
viuendi eſt conſecutio glorie. Ut enim dicit Au
guſtinus ſuper Io. ad hoc d̄bet quiſque bene vi
uere: vt detur ei ſemper bene viuere: ⁊ ſic de pri
mo ad vltimum debet homo exire ad opus ſuū
in gloriam dei. ¶ 2° debet attendere vt op⁹ illō
ſit licitum non prohibitum. odiſti omnes q ope
rantur iniquitatem: ait p̄s. pſalmo. 5. ad dominū
Iniquitatem operatur qui facit artem vel opati
onem illicitam a deo vel eccleſia prohibitam: vt
opus meretricium vſurarium taxillatorium fa/
ciendo taxillos vel vtendo. Negociatō quo ad
clericos. Unde Auguſtinus: Fornicari nūq̄ licꝫ
negociari aliquando licet: aliquando non licet:
anteq̄ clericus fias: licet poſtq̄ cleric⁹ factus es:
non licet di. 88. fornicari. ¶ 3° debet ꝓbare opuſ
ſuum ſi eſt cum diſcretione. nullum eſt enim vir
tuoſum opus: niſi debitis circumſtantijs veſtiat̄:
vt ſcilicet fiat d̄bito tempore loco ⁊ modo. Nō
enim licet omni tempore operari. Unde domi/
nus. Exo. 20. ſex diebus operaberis: ſeptima
die ſabbatum domini eſt. Omne opus ſeruile n̄

faciētis in eo ⁊ cetera ⁊ ſic de alijs circunſtantijs
vt dbite obſeruetur ⁊ īpleatur illud apoſtoli ad
colo. primo. c. In oī opere bono fructificātes. fru
ctificat qs in opere bono: quando illud cū debi/
to modo agit. Si enim recte offeras ⁊ non recte
diuidas peccaſti. Dixit dn̄s ad caym geñ. 4. ſm
tamen tranſlationē. 70. nō nr̄am. i. ſi facias op⁹
de ſe bonū vt ſacrificium ⁊ hu⁹: ⁊ non cū debita
circūſpectione peccatum eſt: vt exponit Grego.
¶ Nota. 2. aptam conuenientiā in operibus ex/
terioribus mechanicis: d quibus loquimur: qꝛ di
cit ad operationem ſuā. Operatio exterior hōis
poteſt dici ſua: que. ſ. ſibi conuenit ꝓpter inclina
tionem ⁊ aptitudinē naturalem ad illā. Delecta
tio ſm philoſophum perficit opus. Cum ergo qs
inclinatur ad vnum opus non malū naturaliter:
cum natura delectabiliter operetur applicando
ſe ad aliud exercitium peruenit ad perfectionē
illius artis. Sicut enim a natura habemus incli
nationes ad virtutes: vnde vnus magis ad vnā
vt ad iuſticiam: alius ad humilitatē: alius ad mi
ſericordiam magis q̄ꝫ ad alias: ꝓpter qd dixit
Job. 31. c. ab infantia creuit miſeratio: ⁊ de vtero
matris egreſſa eſt mecum. Et moral. Señ. Se/
mina in nobis virtutum ſūt ſparſa: ſed exercitio
nr̄o poſtea perficiuntur. Et ſic etiaꝫ ſm Albertū
magnum: homines a natura dociles inclinātur
ad ſcientias varias ſm qualitatem cōplexionuꝫ.
Nā melanconici ad poeticas: flegmatici ad mo
rales: ſanguinei ad naturales: colerici ad mathe
maticas vel methaphyſicas: ita ⁊ ad cetera ope
ra mechanica ⁊ artes vnus inclinatur magis ad
vnam: alius ad aliam: ⁊ naturali inſtinctu ⁊ diui
na ꝓuidentia etiaꝫ diſponente ad pulchritudinē
vniuerſi ⁊ oſtenſionem ſue ſapientie: que tantas
⁊ tā varias operationes artificū inſpirauit mē/
tibus hominum. Exeat ergo homo ad operatio
nem ſuam. i. ad eam artē quā indicat ſibi magis
conuenire ⁊ cōplacere. Et dicit Hugo de ſancto
Vic. q operationum mūdanaꝝ exterioꝝ triplex
inuenitur differentia. Nā ad quedam cogit ne/
ceſſitas: quedam inuenit cupiditas: quedam in/
duxit vanitas. Cogit vtiqꝫ neceſſitas ad op⁹ agri
culture: qꝛ ſi vult fructus terre colligere vnde co
medat ⁊ bibat: oportet q operetur colendo ter/
ram per ſe vel aliuꝫ. Unde dr̄ prouerb. 2. c. Qui
operabatur terram replebit̄ panibus ⁊ econtra:
egeſtatem operata eſt manus remiſſa. ſ. ad ope/
randum: ⁊ eccleſiaſtici dicitur. 7. c. Non oderis
laborioſa opera ⁊ ruſticationem creatam ab al/
tiſſimo. nam deus eam inſtituit: qꝛ vt dr̄ geñ. 3.
Emiſit deus adā de paradiſo voluptatis: vt opa
retur terram de qua ſumptus eſt. Et poſt dilui
um: vt dr̄ geñ. 9. Noe vir agricola cepit exerce
re terram: ⁊ plantauit vineam vt vinum collige
ret: qd prius ignorabatur. Sed vt ait Ambro⁹
Nec vinum ſuo pepercit auctori: ſed ebrietas il
lius ſuadet ſobrietatē: di. 35. ſexto die. Cogit etiā
neceſſitas vite humane ad opera paſtoꝝ ac etiā

lanificij ⁊ linificij: ⁊ opera que his deſeruiunt ꝓ
veſtitu humano ſibi neceſſario. Et primas qdē
veſtes deus fecit: vt dr̄ geñ. 3. qꝛ fecit deus adaꝫ
⁊ Eue ī hoc exilio poſitis tunicas pelliceas. Nō
inquit Ambro⁹ ſericas ſed pelliceas ꝓ habitum. ſ.
humilitatis ⁊ penitentie: non vanitatis ⁊ iactan
tie. Et de ſapiente muliere dr̄ prouerb. vltimo.
Queſiuit lanam ⁊ linū ⁊ operata eſt conſilio ma
nuū ſuaꝝ. ſ. veſtes. Nam ſubdit ſtragulatam ve
ſtem fecit ſibi. Et primus paſtor fuit abel queꝫ
ſecuti ſunt in hoc iacob patriarcha cuꝫ filijs ſuis
Primus edificator habitationum ⁊ ciuitatū fuit
Caym: qui edificauit ciuitatem nomē īponens
filij ſui Enoch geñ. 4. Nam patriarche Abraā
Iſaac ⁊ Jacob nō in ciuitatibus vel palatijs: ſꝫ ī
tabernaculis habitabant: quoꝝ tentoriorū ſeu
tabernaculoꝝ primus operator fuit Jabel. Pri
mus āt maleator ⁊ faber in oīa opera ferri ⁊ eriſ
fuit Tubalchain: vt dr̄ geñ. 4. c. ⁊ ſic paulatim
artes neceſſarie īuēte ſt. ¶ Operatio exterior ī/
uenta a cupiditate eſt ⁊ negociatio. vnde philo/
ſophus dicit eā habere in ſe turpitudinem: quia
deſeruit cupiditati: cū fiat ꝓpter lucrum: que cu/
piditas in īmenſum creſcit: ⁊ finem neſcit. Verū
eſt tn̄ q ⁊ ſi in ſe turpiſ ſit: poteſt tamē aliquo bo
no fine honeſtari ⁊ licita fieri: puta ꝓpter ſubſten
tationē familie ſue: vel ſubuentionē pauperū ex
moderato ⁊ iuſto lucro. Primi negociatōes qs
in ſacra ſcriptura inuenio: fuerunt hiſmaelite qui
deſcenderūt ex hiſmael filio agar: vnde dicūtur
agarei. i. ſaraceni. dr̄ enim geñ. 37. q tranſeuntib⁹
negociatoribus madianitis qui. ſ. portabant aro
mata: ⁊ alia in egyptum vendiderūt hiſmaelitis
ioſeph fratres ſui: qui hiſmaelite vendiderūt eū
in egyptuꝫ. De his dr̄ baroch. 3. filij quoqꝫ agar.
i. ſaraceni: qui exquiſierunt ſcientiā ⁊ prudentiā
que de terra eſt: negociatores terre viam ſapien
tie nō intellexerūt. Et quē vt ſūmum ꝓphetam
⁊ quaſi deū venerantur ſaraceni: maledictū ma
cometum: primo fuit negociator: ſed in ꝓceſſu tē
poris malicijs ſuis cū quodā heretico iacobita
adiutus illos rudes ⁊ beſtiales homines ſua peſ
ſima ⁊ fatua doctrina decepit. Et qꝛ inimici ſūt
xp̄ianoꝝ facientes negociationē de eis: qn̄ cape
re poſſunt vel peruertere ad eoꝝ perfidiaꝫ: ideo
eccleſia ſtatuit per extrauagātes Nicolai. 4. Cle
mentis. 5. Jo. 22. q negociatores vel alij qcūqꝫ
non deferant ad terras eorum: quecūqꝫ mercio/
nia ſub penis excōicationis papalis ⁊ aliarū pe
narum. Operatio hec plena periculis eſt ⁊ frau/
dibus: ⁊ aliquando mixta vſuris: vt notatur ex
de vſuris. c. in ciuitati. ⁊ c. nauiganti. ⁊ ideo ocu/
los aperi. Unde Chryſto⁹ dicit ſuper mat. null⁹
xp̄ianus debet eſſe mercator: qꝛ mercator nūqꝫ
poteſt deo placere: di. 88. eijciens. qd dicit beat⁹
Tho. 2ª 2ᵉ. q. 77. eſſe intelligendum de his q po
nunt finem ſuū vltimum in acquiſitiōe lucri ſeu
pecunie: vel de illicitas negociationeſ exercenti
bus. ſ. cū vſuris periurijs fraudibus ⁊ huiuſmōi.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Unde ⁊ Caſſiodorus dicit di.ea. Negociatores
illi de templo eijciuntur: q per īmoderatū pecu-
nie ambitū merces ſuas polluunt plus oneran-
tes periurijs ꝙ̄ p̄cijs. Ponitur illa.c. eijciens et
c.qm̄ ꝓ pallea. vnde ⁊ aliqui libri nō habent: ſꝫ
ſunt optimum granum. dicit etiā Chryſo⁹. in dic
to.c.eijciens. quē admodū qui ambulat inter du
os inimicos volens ambobus placere: ſine allo-
quio mali eē non pōt: ſic mercator ſine mēdacio
⁊ periurio eē non pōt. Sed ſubſtantia taliuꝫ ſta-
bilis eē non pōt: nec ꝓficit ad bonum: qd de ma
lo congregatur: queādmodum ſi triticum vl' ali
quid tale cernas in cribro: dum huc illucque iac
tatur: oīa grana paulatim deorſum cadunt: ⁊ tā-
dē ī cribro nil remanet niſi ſtercus ⁊ t̄ra: ſic de
ſubſtantia negociatoris nil remanet niſi peccatū
Nam ⁊ ſi legitur in vitis patruꝫ de quodā mer
catore ꝙ viſus fuit a beato pannutio heremita
ei eq̄parandus in gloria: qui tamē pannutius he
remita ſanctiſſimus magni meriti fuit apud deū
Attende quia ipſe pannutius examinās vitā ei⁹
inuenit: ꝙ totum lucrū expendebat in pauperes
xp̄i: vt pater pauperum: ab vſuris ⁊ periurijs ⁊ a
lijs illicitis abſtinebat: cuꝫ magna deuotione va
cans diuinis tempore ſuo: qui demum dimiſit ēt
opus illud: Quis ē hic ⁊ laudabimus eum: eccle-
ſiaſtici.31.c. ¶ Operatio autem tertia que deſer-
uit vanitati ē illa q̄ deſeruit ornatui iactantie: vt
ars ſerici in magna parte. Nam ⁊ ſi dominos de
ceat tales veſtes ⁊ reginas: vt heſter ſancta ⁊ ali-
qui ſancti reges ſe ornantes. Sꝫ multi abutunt̄
quos non decet. Unde ad thi.c.2.ait. Nam ī ve
ſte precioſa auri ⁊ argenti ⁊ margaritis ars reti-
cellorum ⁊ recamature in veſtibus: ⁊ perforatu
re ſeu ſtampature ⁊ purpure ceruſſe ad colorā-
dam faciem ⁊ hi⁹ ad quid deſeruiunt: niſi vanita
ti: vt dici poſſit illud Jeremie.51.c. Opera eoruꝫ
vana ⁊ riſu digna. Uñ ⁊. Chryſo⁹ dicit ſup mat.
ꝙ ab arte calceorum ⁊ textorum multa abſcin-
dere oportet. Etenim ad luxuriam deduxerunt
neceſſitatem eius corrūpentes artem mali arti
cōmiſcentes. ¶ Demum quantum ad tertiuꝫ oꝫ
habere in operibus ⁊ artibus inſtantiaꝫ ⁊ perſe
uerantiam. Nā vt dicit Anacletus papa in vno
quoqꝫ artium ope mr̄ inuenitur inſtantia: di.83.
nihil. ⁊ h⁹ ē qd dicit ps. vſqꝫ ad veſperā.i. vſqꝫ ſe-
ro cōtinuando: non paruꝫ operando: ⁊ ſubito di-
mittendo: vel vſqꝫ ad veſperā.i. vite terminum:
qd eſt cōtra aliquos inſtabiles qui oī die mutāt
vnam artem. hi ſunt ſimiles filio incōſtantie: de
quo dicit Boe⁹ de eo narrans in li. de ſcholaſti-
ca diſciplina: ꝙ cum pater eius poſuiſſet ad opa
diuerſe artis: q2 ſubito attediabatur cū vnam ī-
choabat: demū oēs renuens: interrogante patre
quid facere vellet. Rñt ſe velle fieri aſinū: vt ſal
mam ferret. Sed cum aliquis in operibus alicu
ius licite artis bene viuendo perſeuerat vſqꝫ ad
veſperam.i. finem: tunc facto ſero.i. vita deficiē-
te: dicit dñs voca operarios ⁊ da illis mercedē.
mat.20.ſ.glorie.

### De diuerſis generibus cōtractuum. c.2.

Notandum quod in
tranſlatione rerū de vna perſona ad ali
am que fit per priuatas perſonas aliquādo trāſ-
fertur dñium rei: aliquando ſolum vſus rei retē
to dño. Et primū fit ſex modis. Primo per libe
ralē donationem cum.ſ. nihil expectatur retribu
tionis ex tali donatione rei niſi beniuolentia: q̄
dr̄ donatio: de qua.ī. dicetur poſt ſequens.c. de
teſtis. alijs quinqꝫ modis fit per dationem illibe
ralem: qua vꝫ transferens vnam reꝫ expectat ab
alio aliquid equiualens ei qd transfertur. ¶ Et
primus modus dr̄ permutatio: cum vꝫ transfer-
tur dominium alicuius rei vtilis ꝓ alia re vtili:
puta frumentum pro vino: vel pannus meus ꝓ
lana tua vel pāno ſerico tuo: vl' pecunia mea au
rea: puta vnus florenus pro pecunia tua argen-
tea: puta ꝓ groſſis.17. vel circa. Jſtud tamē vlti
mum ſolet dici cambium cōmuniter: alie vero
permutationes vulgariter dicuntur baracti.
¶ Alius modus dr̄ in vno transferentium domi
nium rei cum altero emptio: ⁊ in altero venditio
quando ſcilicet tranſfertur dominium rei vtilis:
puta frumēti vini animalium domorum agrorū
⁊ huiuſmodi pro numiſmate vel econuerſo: qa
enim difficile erat ſemp res vſuales īmediate cō
mutare in alias res: ideo inuentuꝫ eſt mediū per
qd tal' cōmutacio fiat. Et hoc mediū dr̄ numiſ
ma ſeu pecunia numerata: ⁊ cōmutatio rei vtilis
ꝓ numiſmate dr̄ venditio. Commutatio numiſ-
matis pro re vtili dicitur emptio. ¶ Ultim⁹ mo
dus eſt cū fit permutatio numiſmatis pro numiſ
mate: ſed cum expectatiōe temporis: ⁊ in eo qui
dat pecuniaꝫ dr̄ mutui datio: in eo qui recipit pe
cuniam ⁊ expectatur ad reddendam pecuniam
dr̄ mutui acceptio. per mutuū eniꝫ transfert̄ dñi
um pecunie in accipientem. Et iſti cōtractus ſex
ſunt liciti ſi cum debito modo fiunt: illiciti cū in-
iuſte fiunt. Nam donatio ſi fiat per eum qui non
poteſt donare: vt eſt religioſus: iniuſta eſt ⁊ non
tenet: ⁊ ſi fiat iniuſta cauſa: vt ob turpitudinem:
peccatum eſt: ar. di.86. donare. Permutatio reꝫ
cum fit ſine fraude licita eſt: vt patet de reruꝫ p-
muta. per totum. Si cum fraude: peccatuꝫ eſt: ⁊
videntur ad hanc induci contractus īnominati
ſ. do vt des: ⁊ do vt facias: vel facio vt des. Emp
tio ⁊ venditio licita ſunt: niſi fiat exceſſus precij
in vendente notabilis: vel diminutio in emente
vel fraus vel vſura īplicita propter expectatio-
nem tp̄is: vt extra de vſuris in ciuitate.⁊.c. naui-
ganti. Datio mutui q̄ eſt circa res que vſu conſu-
muntur: vt frumentū vinuꝫ ⁊ hi⁹: vel diſtrahūt̄
vt pecūia numerata: cū fit gratis: vt nil expectet̄
vltera ſuum capitale ⁊ beniuolētia ex obſequio:
licita eſt ⁊ pium opus. Si autem aliqd tēporat̄



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

vtilitatis expectetur: vnde principaliter moue/
tur ad mutuanduz:illicita eſt ⁊ vſura:ar.14.q.3.
ſi feneraueris.⁊ extra ð vſuris.c.ↄſuluit. ¶ Mu
tui acceptio licita eſt:nõ ſolū cū fit gratis:ſed eti
am cum fit ſub vſuris quãdo ſcilicet ad hoc mo
uetur neceſſitate:nec īducit mutuantem ad vſu/
ram faciendū:vt quia ad hoc patus erat. ¶ Ali/
quando vero transfert ſolum vſus rei retento ſi
bi dominio eius rei. Et huius tranſlationis ſunt
ſex modi quaſi correſpondētes dictis ſex modis
quibus transfertur dominiū rex. Nã primo mo
do ſcilicet donationi correſpõdet cõtractus dic/
tus commodatum :quod proprie eſt rei que vtē
do non cõſumitur vel deſtruitur:vt cuz quis co/
modat alicui gratis equū librū domū ⁊ huiuſ/
modi:vt vtatur ad certū tempus ⁊ licitus cõtrac
tus eſt de ſe:ſicut dictum eſt de dõato. Permu
tationi correſpõdet mutua accõmodatio predic
tarum rerum:puta tu cõmodas mihi equm tuuz
⁊ ego bouē meum:vl'tu vnuz librum ⁊ ego tibi
alium librum:tu vnaz domum ⁊ ego vnuz agruz
⁊ totuz ⁊ ſine fraude immixta licitū erit. ¶ Em
ptioni correſpõdet cõductio:⁊ venditiõi locatio
q̄ poſſūt eē de reb' mobilib' ⁊ īmobilib':que ta
men non conſumuntur vſu:⁊ iſta nõ fiunt gratis
ſed cū dato p̄cio ꝓ tali vſu:puta cum accipitur
equ' ad vecturam pro tali precio: vl' domus ad
penſionem: vel ager ad colendū. pro medietate
vel ad affictuz:vel cum quis locat opas ſuas pſo
nales ⁊ alter cum conducit ad laborandum:to/
tum ē licitum:dummodo iuſtū preciū ſtatuatur
⁊ fraus omnis tollatur. Nam fraus ⁊ dolus ne/
mini debēt patrocinari:extra de reſcrip.c.ſedes.
Mutuo non reſpondet ꝓprie aliquis alius con/
tractuſ:habet tn̄ aliquā ſimilitudinē licz modicā
ad pignus incõtum reſtituta pecunia ab eo qui ð
dit pignus:ille qui acceperat reſtituit pignus:et
in pignoratione poteſt ibi eē ⁊ non eē peccatum
Nam ſi ſoluz pignus quis recipiat ; vt de ſuo ſit
ſecurus:ita q̄ de pignore non conſequatur aliaz
vtilitatem:licitum ē. Si aūt de eo conſequatur
vtilitatem ſiue ſit rei mobilis que ꝓprie dicitur
pignus:ſiue rei immobilis:vt domus ⁊ ager: qð
magis proprie dicitur hypotheca:puta qꝛ vtitur
equo vel veſte quam habz in pignus:vtiē domo
habitando vel habendo de ea penſionē:agro re
cipiendo fructū eius:que habet ꝓ pignore: ibi ē
vſura expreſſa:extra de pigno.c.illo vos. Tene
tur enī oēm fructum quē hz ex pignore cõputa/
re in ſortē. De hi' contractibus hēs ſupra ſecūda
pte ti.c.de vſura. ¶ Item nota q̄ facere fraudē
legibus iniuſtū eſt:vnde ⁊ peccatum. Et vt dicit
glo. Io.ſup.c.pleriq3.14.q.3 .facit fraudē legi q
verba legis ſeruat:ſed mentē eius circūuenit: vt
ff.de legi.l.fraus. Sed vt dicit regula vltima iu
ris in.6. Certum eſt q̄ is cõmittit in legez q ver
ba legis amplectens contra legis nititur volūta
tem. Fit autē quatuor modis frauſ legi.vno mõ
de re ad rem:quando datur in fraudez vna res
ꝓ alia:vt.14.q.3.pleriq3. Vbi ponitur exemplum
de eo qui ratione pecunie mutuate ne videatur
cõmittere vſuram non plus petit q̄3 mutuatam
exigit:ſed querit ex hoc enſenia carnium vel vi/
ni ⁊ hi' q̄ pecunia extimantur:iſte facit fraudē le
gi:vnde ⁊ contra legem qꝛ vſura eſt vt ibi dicit
⁊.1.q.1.ſunt nõnulli.⁊ talis ē fraus macedoniani.
ff.ad macedo.l.iulianus. Item ſit fraus de pſona
ad perſonam:vt cū quis ſub perſona alterius ex
ercet vſuram quaſi ipſe non ſit vſurarius:cum ī
veritate ſit peccator vſurarius ⁊ teneatur ad re/
ſtitutionem ex quo de pecūia ſua ſit:di.46.ſicut
non ſuo.⁊ cum maritus non poteſt aliquid dare
vxori:ſupponit aliam perſonam cui det:vt.ff.de
dona.inter vi.⁊ vxo.l.hec rõ.§.fi. ¶ Itē ſit frauſ
de vno contractu ad alium:vt cum mulier non
poſſit aliquid dare viro:fingit ſe vendere ei:vt.
ff.de dona.inter vi.⁊ vxo.l.ſi ſpõſus. Et.16.q.3.ſi
ſacerdotes.vbi ponūtur caſus ſm vnam lecturā.
Cum epiſcopus vel ſacerdos volens dare nepo
tibus de rebus eccleſie fingit litem habere cum
eis pro eccleſia:⁊ facit tranſact onem cum eis.
Item ſit fraus de vno contractu ad aliuz:vt cū
mulier non poſſit fideiubere:conſtituit ſe prin/
cipalem debitricem:vt.ff.ad vell.l.q̄uis.⁊.33.q.
5.mulierem.

¶ De negociatorib' ⁊ campſoribus ⁊ de diuer/
ſis generibus cambiorum.c.3.

# Incipiendo igitur

ab opere negociationis:que vr̄ honora
bilior in ciuilitate humana īter mechanicas.
Negociator ꝓprie dr̄ qui rez compat:vt itegrā
⁊ īmutatam vendendo lucretur. Dicit Chryſo'.
di.88.eijciens. Et poteſt dici eſſe triplex gen' ne
gociationis:qꝛ vel de pecunia ad pecuniam:vel
de mercimonio ad mercimoniū:vel de mercio
mo ad pecuniam. Et p̄ma dr̄ cambitio vel cam
pſio .ſecunda permutatio vel barattum. Tertia
emptio ⁊ venditio. Et cambiū ſit multis mõis.
¶ Primū dr̄ cambium minutum: vt de mone
ta argentea vel aurea ad ereā ⁊ ecõuerſo: vt cū
quis dat campſori vnum florenū aureū ⁊ reci/
pit pro eo.4.libras ⁊ ſolidos.14. vl'.15.ſi ē larg'
vl' groſſos argēteos.16.⁊ ſolidū vnū cū dimidio
vel circa ⁊ ſic campſor r̄tinet ſibi quatuor dena
rios vel duos quatrenos vel vnum ſolidū ſm
conſuetudinem loci. Et ſic econuerſo:quãdo qs
vult habere vnum florenum largum a campſo
re:dabit pro eo ſibi.4 .libras ⁊ ſoli. 16.vel circa
illud ergo plus qð recipit campſor non capit ra
tione mutui:qꝛ ibi non eſt mutuum:nec qꝛ pecu
nia vendatur que eſt inuendibilis:vt dicit ar/
chidia.ſed ratione laboris quem ſubijt in nume
rando pecuniam:⁊ expenſarum quas facit pro
penſione ⁊ miniſtris. Ratio enim, laboris ⁊ ex/
penſarum habenda eſt:extra de vo.ca .magne.
Unde de ſe tale cambiuz eſt licitū:ſed ſit illicitū

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

vel'quia plus accipiunt q̄ꝫ ſit communiter cõſue
tum: vel quia dant monetas diminutas in põde/
re vel numero ⁊ tenentur ad ſatiſfaciendum vel
pauperibus erogandum. Eſt aliud cambiũ qđ
dr̄ per litteram: qđ ſic celebratur: dat quis camp
ſori vel mercatori florentie centum florenos re
ſtituendos ſibi vel alteri pro eo rome: vbi illis i/
digebit: ⁊ hoc vt ſecurius ⁊ aptiꝰ habeat: ꝓ quo
litteraꝫ cambij campſor facit: ſcribens alteri cãp
ſori rome vt ad requiſitionem portantis talem
lr̄aꝫ tali det cẽtũ florenos florẽtie receptos: ⁊ ſic
rome centum flore. ſibi aſſignantur ſecunduꝫ lit
teram. Et inde campſor lucratur: ſiue ꝓpter va/
rietatem valoris monetaruꝫ: quia centum flore/
ni quos florentie recepit campſor plus valent q̄ꝫ
valeant rome. Siue qꝛ etiam rome dabuntur ſi
bi centum minus aliquibus ſolidis. Aut etiã ecõ
uerſo: quando de roma ſibi faceret tranſmitti pe
cuniam quam quis ibi habet: ⁊ per campſorem
cum littera cambij ex quo campſor lucratur. Et
cum hoc non ſit mutuum nec venditio pecunie:
ſed contractus innominatus: do vt des: deſerui/
ens vtilitati hominum rationabiliter ꝙ inde lu
cretur ratione laboris ⁊ expenſarum ⁊ periculo
rum de ſe licitum videtur ſequeſtratis fraudibꝰ.
Nemo enim cogitur de ſuo facere beneficium.
10.q.2.precarie.⁊.1.corin.6.qs vnquã ſuis ſtipen
dijs militat? ¶ Eſt tertium genus cambij quod
dr̄ ſiccum: ſeu ſine littera: ſeu ad lib. groſſorum.
Et vna libra groſſorum 'ſunt decem ducati. Fit
autem ſic tale cambium. Accipit quis decem li/
bras groſſorum florentie.i.centũ ducatos a cãp
ſore ſeu mercatore: quos ſibi reſtituere debꝫ hĩc
ad menſem florentie: ⁊ eo valore quo valebunt
venetijs centum ducati: inde ad deceꝫ dies a die
celebrati contractus: ideſt acceptiõis dicte pecu
nie. Et ſi plus vult tenere dictam quãtitatem cẽ/
tum ducatorum de menſe in menſem renouatur
contractus modo predicto. Contingit autem ꝙ
centum ducati in decimo die a receptione pecu/
nie valent venetijs quantum tunc valebant flo/
rentie quando illos recepit: ⁊ ſic campſor nil lu/
cratur: aliquando minus valẽt: ⁊ ſic campſor vl'
mercator perdit: qꝛ illud minus ſibi redditur d̄
centum valore quo minus valent. Aliquando
plus valent: ⁊ tunc campſor lucratur illud plus.
Et communiter vt in pluribus caſibus plus va/
lent quando reddit q̄ꝫ cum accepit: quãuis aliqñ
vt dictum eſt: valeant minus: vnde in capite ãni
ſemper reperitur in lucro ⁊ magno. Iſtud cõmu
niter cenſetur vſurariũ: qꝛ ibi eſt mutuuꝫ ⁊ ſpes
lucri in campſore: ex quibus duobꝰ perficitur vſu
ra.14.q.3.ſi fenerarius. Et hoc ſẽtire videt̃ Lau.
de ridolfis in tractatu de vſuris: nec excuſat peri
culum vel dubium amittendi.i.quia'minus poſ/
ſunt valere illa centum tempore redditionis: tuꝫ
qꝛ in mutuo aliquid ſperare non licꝫ: ar. extra de
vſuris.c.nauiganti. tum qꝛ raro contingit ꝙ per
dat. ¶ De his tamen tribus generibus cãbij hẽs

in ſecunda parte ti.1.c. de cambijs. ¶ Eſt ⁊ quar
tum genus cambij: qđ frequẽter modernis tem
poribus'celebratur: qđ dicitur per litteram: diſ/
ſimile tamen a ſecundo: qđ dicitur, etiam per lit/
ram. Et videtur quoddam mixtum ex ſecundo
⁊ tertio ⁊ magis trahi ad materiam tertij: vnde
⁊ vſuraꝫ ſapere videtur: ⁊ ſit hoc modo. Petrus
indigens pecunia florentie vel alibi exiſtens pe/
tit a martino campſore vel mercatore centũ flo
renos tunc ſibi dandos ad rationem cambij per
venetias vel barchinonam vel neapolim ⁊ hiꝰ:
qđ intelligitur ꝙ petrus faciet r̄ſtituere ipſi mar
tino illa centum venetijs barchinoñ. vel neapoli
prout conuentuꝫ eſt inter eos: eo valore quo va
lebunt illa centum de illa moneta que ibi currit:
quando littera cambij preſentabitur ibi in capi/
te vꝫ quindene vel menſis, vel pluris temporis
ſm̄ diſtantiam loci a ciuitate: vbi recipitur pecu/
nia ad ciuitatem vbi redditur. Et ſic mittitur lr̄a
cambij ⁊ ipſa recepta pecunia redditur per facto
rem illius qui pecuniam recepat: ſed de illa mo/
neta ibi currente: ⁊ ex hoc campſor, ſeu, mercator
lucratur: qꝛ communiter plus ibi recipit q̄ꝫ dede
rit: ⁊ hoc ratione variationiſ valoris mõete date
ibi: licet etiam aliquãdo non lucretur: vel aliqđ
perdat ipſe mercator. Queritur'vtrum, hoc ſit
licitum? ⁊ videtur ꝙ ſic. Nam ſimile videtur ac
ſi quis procuraret magnam quãtitatem habere
bononeorum florentie: vbi vnus valet viginti/
quatuor denarios ⁊ deferret eos bonoiam vel
alio: vbi valerent viginti ſex denarios. Sed hoc
nullus illicitum aſſeret tale lucrum induſtrie: qꝛ
hoc tantum dat de bonoñ. quantum valent flo/
rentie: ſcilicet vigintiquatuor denarios. Et bono
nie vel alibi tantum permutando cum alia mo/
neta quãtũ ibi valet.ſ.26. dẽarios accipit. Quod
autem accipiat plus duos denarios de vno q̄ꝫ ſi
bi conſtiterit: hoc facit varietas valoris monete
magis in vno loco q̄ꝫ in alio: ſicut ⁊ de quibuſcũ/
q̄ꝫ mercibus conſtat ꝙ valent plus in vno loco
q̄ꝫ in alio. Sic ⁊ in dicto cambio videtur. Sed
reſponderi poteſt ꝙ nõ eſt ſimile. Nam ibi nul
lum eſt mutuum: vt patet de ſe: ſed realis ꝑmuta
tio: vnde licet ſperare ⁊ querere lucrum. In cam
bio autem predicto quãuis ſic nominetur: tamẽ
realiter videtur eſſe mutuum. Nam petrus indi
gens florentie pecunijs vt ſibi prouideat: accipit
ſub mutuo a martino illa centum ſub nomine cã
bij per venetias vel barchinoñ. ⁊ huiuſmodi, ibi
reſtituenda: cum ibi non habeat aliquando mer
cimonium facere vel inde pecunias ad ſe retra/
here. Ex quo mutuo ibi reſtituendo martinus
ſperat inde lucrari: vnde vſuram ſapere videtur
argu.14.q.3.pleriq3. Ad quod ſat' facit qđ habet̃
in directorio iuris. Ubi querit 'Petrus quid iu/
ris cum quis mutuat pecuniaꝫ recepturus ad cer
tum terminum alterius generis monetam vl' au
rum vel argentum vel aliam ſpeciem. Et reſpon
det dicendum ſecundum 'Hoſtiẽ. ⁊ Goffre. ꝙ ſi

hoc facit vt in expectatione lucretur: vſurarius eſt: ex quo fraudulenter ⁊ mala intentione fit: ⁊ aliquid inde ſorti accedit. 14. q. 3. pleriq;. Et ſic videtur eſſe in propoſito. Unde male poſſūt excuſari ab vſura mentali. Et lz in ſumma aſtenſis dicatur licita eſſe cambia: qꝛ ars campſoria a quibuſdaz theologis in. 4. dicitur licita: tum etiā qꝛ vtilis ⁊ neceſſaria reipublice: ſicut ⁊ negociatio: tum etiam qꝛ curia romana vbi etiam exercetur tolerat. Iſta non videntur ſufficere ad excuſandum vſuram. Nam conceditur ꝙ ars campſoria de ſe ſit licita: vt in primo ⁊ ſecundo genere cambij dictum eſt: ſed non in omni eo ꝙ dicitur cambium: qꝛ in dicto caſu non videtur cambiū ſed mutuum: ſicut ⁊ negociatio: quantūis licite fieri poſſit: poteſt etiam fieri cum vſura: vt in dicto c. in ciuitate de vſuris: ⁊ tunc nō eſt licita. Quod etiam dicatur vtilis ⁊ neceſſaria reipublice eſt: non excuſat: qꝛ etiam reipublice eſt vtile habere proſtibula ad obuiandū maioribus malis: ⁊ publicos feneratores ad ſubueniendum indigētijs multorum: ne ſi eis ñ prouideretur: vl' ſic machinentur malum contra ciuitatem: ⁊ tamen nullus dicit ꝓpt' hec illa non eſſe mortalia: ⁊ damnabilia facientibus ea. Sic ⁊ in caſu propoſito: q̄uis ſit hoc vtile multis: non tamen excuſat facientes talia: cum vſura videatur. ¶ Quod curia romana tolerat etiam non valet: qꝛ non propter hoc intelligitur approbare: cum ñ declarauerunt hoc licē. Nam ⁊ tolerat concubinatū multoꝝ curialium: qꝛ forte male poſſet auferre. Nec tamē dubium eſt ꝙ non approbat: Unde Chryſoſtom⁹ Quod permittimus nolentes precipimus id eſt permittimus ſecundum glo. qꝛ malas hominū voluntates ad plenum prohibere non poſſum⁹. 3i. q. i. hac ratione. ⁊ extra de preben. c. iādudum. dicitur. Multa per patientiaz toleramus: que ſi ad iudicium deduceremus: caſſarentur. Unde ſaluo meliori iudicio videtur tale cambium ſapere vſurā: quod tñ multū frequētatur. Et mltos doctiſſimos ⁊ deum timentes audiui ſic tenere Uidetur tamen talis campſor vſurarius mentalis cenſendus. De quo vſurario ſcilicet qui ē mētalis dicunt Ber. Inno. Goffre. ⁊ Hoſti. vt fert in directorio iuris: ꝙ inducendus eſt in foro penitentiali vt reſtituat per. c. conſuluit de vſuris. Et inducendus eſt non compellendus ſcilicet in iudicio contentioſo vt reſtituat: nec tanq̄ vſurarius eſt puniendus. Sed quo ad deum vere eſt vſurarius: ⁊ ſic accepta tenetur reſtituere: qꝛ ſola intentio facit vſurarium: quod intellige cū effectu quantum ad obligationem reſtitutiōis cauſa: ſcilicet quia accipit vltera ſortez vt. 14. q. 3. c. per totum: ſic talis in tali mutuo: quod cambium dicitur intendit lucrum alias nō facturus. Alij forte dicerent non eſſe mutuum ſed cambium realiter. Sed vtrum verum ſit ipſi videāt. Nam ſi ipſi appellant contractum innominatū do vt des: etiam ibi poteſt eſſe implicitum mutuum: vt aliquando contigit in contractu emptionis ⁊ venditiōis: ⁊ ibi poteſt eſſe vſura: extra de vſuris. c. in ciuitate. Dñs Lau. de Ri. in tractatu pliro quē edidit de vſuris ⁊ multū eleganti ſup. c. conſuluit de vſuris in 3ª parte operis: mouet iſtā q̄ōnem: ⁊ poſtq̄ diſputādo rationes induxit ad oſtendendum talem contractum licitum ſiue cābium dicatur mutuum ſiue permutatio in fine ſic concludit. Reſpondeo vnico verbo ſecundū ea que ſupraſcripſi. q. 27. vbi iſta dilucidantur: ⁊ ī. 4. quatuor illa ſequentem: ⁊ ſubdit: qꝛ ſub ſpe lucri ⁊ intentiōe plus percipiendi q̄ ſit illud qđ mutuatur: ⁊ qꝛ vt plurimū ſic contingit ⁊ aliquis mutuans nō mutuaret ſi talia perpetrantur conſulo vt omnes abſtineant: ar. c. in ciuitate de vſuris in fi. ⁊ bene facit ad hoc qđ nōt hoſti. in ſumma. in illis autem q̄ōnibus ad quas remittit videtur ex ſimilibus dictum contractum cambiorum predictorum eſſe vſurarium. ¶ In romana curia fit aliud genus cambij per campſores: quod videtur magis eſſe illicitum ⁊ vſurarium. Nam beneficia vel dignitates inibi accipientes cum habeant ſoluere annatam ſeu primos fructus beneficij: vt dicitur ꝓ medietate camere apoſtolice infra breue tempus ſecundū taxam que ibi habetur: accipiunt prelati ſeu beneficiati ipſi ſub nomine cambij a campſoribus ſoluēda apoſtolice camere: obligantes ſe ad reſtituendū ipſa in partibus illis: vbi ſunt beneficiati: ⁊ de illa moneta ibi currente: ⁊ vltra lucrum quod conſequūtur varietate monetarum ibi reſtituendarū: volunt ſibi dari tantum pro centenario: puta quinq; vel ſeptem vel plus ⁊ minus ſecundū diuturnitatem temporis maiorem vel minorem quā habent expectare pecunie ſue redditionez. Et iſtrumentum fieri faciunt obligationis debiti: nō ſolum pecunie mutuate ſed etiam vſure addite: tā q̄ totum ſit de capitali: vt ſi mutuant mille ⁊ cāpſores volunt habere in partibus illis mille ⁊ quinquaginta ratione mutui. Inſtrumentum cōtinet mille ⁊ quinquagita mutuata tali tempore reſtituenda: vnde cum ratione dilationis temporis illud pl⁹ petāt. ſ. 50. quomodo ab vſura poſſit defendi cōtractus talis non videtur: ar. 14. q. 3. ſi feneraris cum. c. ſequenti: ⁊ de vſuris conſuluit. ⁊ c. in ciuitate. ⁊ di. 88. eijciens. Solent autē tales campſores excuſare tale lucrum rōe periculi dicentes: qꝛ ſi prelatus moreretur ī via: amitterēt totam pecuniam mutuatam: vel etiam ſine caſu mortis poſſet contingere ꝙ in partibus ſibi nō reſtitueretur. Sed hoc non videtur verum. Nā niſi eſſent prius in curia bene ſecuri de pecunia mutuata per ſatiſdationem aliquorū ibi exiſtētiū non mutuarent. Et ſi obijciatur per exēplū a ſimili. Nam concedunt doctores: ꝙ cum quis volens ⁊ intendens actu de pecunia quam habz negociari: ſperans inde ſibi lucrum veriſimiliter prouenire: quidam hoc ſentiens ⁊ ſciens indigēs pecunia illum rogat: ꝙ illam peccuniā cū qua

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

diminutaz mercedem recipiant ſui laboris. Qō
ſi verum eſſet admitti poſſet hec cōpenſatio al's
ſecus. ¶ 2° cū partem ⁊ non modicā ſibi retinēt
panni ſupereffluentis ſine ſcitu dñi eius ⁊ tunc
ſunt fures ⁊ latrones: ⁊ tenenẗ ad ſatiſfactionez.
¶ 3°. q2 promittūt opa perfecta r̄ddere certa die
aliqñ hoc iuramento ēt firmantes: cū tñ ſciant ſe
non poſſe ita cito perficere: ppter alia opa ēt ſic
pmiſſa: ⁊ ſic īfideliter agūt. ¶ 4° ſi ñ diligenter
ſz defectuoſe faciūt vt citi⁹ ſe expediāt. ¶ 5°. quia
p totas quaſi noctes feſtiuas opanẗ: ⁊ ſuis mini
ſtris opari faciūt: q2 in feſtis pſone volunt ea hē
re: qō ē violare feſta. ¶ 6° q2 de mane ī feſtis ac
cedūt ad domos: ad p̄mo īduēdū veſtes mulie
rib⁹ vel viris plurib⁹: ⁊ ppter hoc dimittūt audi
tionē miſſe: ɔ mandatū eccleſie. Sub his cōpre
hēdūẗ caligarum ⁊ calceorum factores: qui in hoc
aliqñ fraudem cōmittunẗ: q2 cū non madefaciūt
pannum: vt minus de eo in ipſis ponant: poſtea
pannus contrahitur: precipue cum blancatur:

⁊ propter artitudinem earum cito dilacerantur.
Eſt autem ad ſuperfluitatē ⁊ vanitatem ars ſtā/
patorum ⁊ perforantium pānos ⁊ cincinantium
vel lingulantium. Uerum quia de ſe non videt̄
mortale talis vanitas vel ꝓdigalitas cōiter: nō
de facili debet vt dānatum reprobari tale mini
ſterium: ſed perſuaderi ad dimittendū: ar. de pe.
di. 5. negocium. Et multo magis exercitium faci
entium ſerta coronas ſeu mitrias cū multa pom
pa mulieribus: qui etiam in aliquibus predicto/
rum offendunt multis modis. Qui vero cōmo/
dant veſtimenta precioſa vel torques de perlis
vel alia iocalia ad tempus certum viris. vel mu
lieribus: ⁊ inde percipiunt certum precium ſm
conuentionem eorum: de ſe non eſt illicitum: q꞉
non eſt hoc mutuum ſed cōmodatum: ⁊ ꝑ mo/
dum locationis datum: ſic etiam lꝫ locare aīalia
ad vecturam: ⁊ vaſa etiam aurea ⁊ argentea ſm
Tho. in ſūma. 22. q. 78. ar. 1. in R. ad. 6. Talia .n.
ex vſu paulatim deteriorātur. Unde licite ⁊ ꝓ
cōmodatione eorum precium recipitur. poſſet
tamen eſſe exceſſus precij vnde ⁊ quantitas in
huiuſmodi debita eſt attendenda ſm precioſita
tem rei cōmodate: ⁊ ſm diuturnitatem tpis: ⁊ ſm
periculum deteriorationis: ⁊ ſm morem patrie
⁊ arbitrio boni viri iudicāda: nec poteſt dari re
gula firma vel certa. Cerdones ⁊ planelarii ve/
ſtes faciunt pedibus: qui fraudem cōmittunt cuꝫ
aluctas ſeu ſuctulares vel ocreas de corio vitu
lino vendunt pro corio hircino ⁊ hꝰ: vel cū ma
le ⁊ indebite fiunt: vt cito ſe expediant: vel nimis
caro precio vendunt. Nam planelarij vltra pre
dicta vitia in hoc videntur offendere adiuuan/
tes vanitates ⁊ fictiones mulierum: dum nimis
altas planellas faciūt: vt mulieres īde magne ap
pareant que parue ſtature ſunt: ⁊ ad maioreꝫ va
nitatem aliquando etiam deaurāt. Unde mone
ri debent ⁊ argui de huiuſmodi vanitate ⁊ ſup/
fluitate. ¶ Pelliparij quoqꝫ ſatis ſūt neceſſarij
ad arcendum frigus. Unde ⁊ dominus primis
parentibus fecit tunicaſ pelliceas: vt habet̄ gen̄.
3. Unde licitum eſt eorum lucrū: niſi cum pelles
malas ꝓ bonis vendant: vel vltra iuſtum preci
um: vel diebus feſtis in nocte laborātes in hye
me: cum opus eoꝝ multuꝫ requiritur. ¶ Uaria
rij autem ſatis videntur ſuperflui: cum varie pel
les murium ad ornatum ſūt inuente. Et ſi aliqū
decenteꝫ frequenter tamen vanum ⁊ pōpoſum:
quo etiam aliquando prelati vtuntur: contra q̄s
inuehitur amos. 6. Ue qui opulenti eſtis in ſyon
ideſt in eccleſia optimates capita populoꝝ pom
patice ingredientes domui iſrael. Poſſunt tn̄ ⁊
ipſi tolerari in arte ſua ſicut ⁊ multi alij in ſuper/
fluis operibꝰ: dummodo abſtineāt ⁊ ipſi a frau
dibus.

## De ſerificis ſeu ſetaio/

lis. hec ars honorabilis ē in humana ciuilitate:
⁊ q̄uis de ſe non illicita: tamen deſeruiens vani
tati in multis: cum ſericis vtantur hodie ⁊ velu
tis ⁊ chermuſinis ſtipendiarij: ⁊ mulieres non ſo
lum vxores baronum principum ⁊ militum: ſed
etiam mercatorum ⁊ artificum: qđ eſt ſatis inde
cens: ⁊ magis ſm abuſionem q̄ꝫ conſuetudinem
locorum. Et in ſignum deteſtationis talis vani
tatis. Legitur luce. 16. q꞉ diues epulo qui indue/
batur purpura ⁊ byſſo ſepultus eſt in infernum.
Et q꞉ dicitur: di. 41. quiſquis. Et in huiuſmodi
debet ſe quis conformare mori patrie: intelligi
tur ſalua ſemper honeſtate ⁊ decētia. Ad ſetaio
los tamen non ſpectat diſcernere ſi pannuꝫ vel/
luti: vel broccati emat quis ab eo: ad congruen
tiam ſui ſtatus veſtem faciendum: vel ad exceſ/
ſum vel vanitatem: dummodo iuſto precio ven
dat: ⁊ ſi aliquem defectum habeat non percepti/
bilem: ⁊ ſi notabilem tantum minori precio vē/
datur: q̄ꝫtum importat ille defectus. Uerum ſi
defectus ille proceſſerit ex textore vel tinctore
ſete: ab eo poteſt petere emendaꝫ talis defectus
⁊ ſic minus ſibi dare de mercede cōuenta. Qui/
bus textoribus ſi facto opere: ſoluere pro eoruꝫ
labore differant: contra iuſticiam agunt. Et mul
to magis ſi cum debeant pecuniam dare ex cō/
uentione facta: dant eis victualia vel pannos li/
neos vel ſericos: cum ipſi textores vel tinctores
talia vendendo eis data minus precium ſemper
recipiunt: q̄ꝫ illud pro quo fuit eis datum. Secꝰ
autem vbi eſſet ſic conuentum inter eos: vt pro
eiꝰ labore ſoluatur eis de pane vino pāno ⁊ hu
iuſmodi: totum vel pars mercedis debite ſecū/
dum precium commune concurrens: q꞉ vt dicit̄
de reg. iuris libro. 6. Scienti ⁊ conſentienti nō fit
iniuria nec dolus: qđ tamen intelligitur de hiſq̄
de ſe non ſunt illicita. Nam ⁊ ſi quis ſciens ⁊ cō
ſentiens ſoluat vſuras: fit vtiqꝫ ei iniuria: q꞉ con/
tra ius eſt diuinum. Unde ⁊ iniuria eſt accipere
vſuram. Sic etiam eſt in propoſito: ſi ex illo pac
to grauatur textor: quia plus mercedis debetur
ei de labore ſuo: ſecundum commune iudicium
artis: tamen aſſentit ne ſit ocioſus: ſed aliquid lu
cretur: ⁊ ſi parum: non excuſatur ſetaiolus ab i/
iuſticia. Delinquunt autem aliqui fraudando ga
belas. vel pedagia portari facientes ſericum oc
cultatum inter lanam vel linum vel alias mer/
ces: vt non perpendatur: tenentur ad reſtituen/
dum dictas gabelas ⁊ pedagia fraudata: primo
ipſi fieri facientes: ⁊ ſecundo per quos facta ſunt.
Sed ⁊ aliquando emunt ſericū ab his: quos ſci
unt fraudaſſe gabellam. Si auteꝫ ſuper hoc ex/
tat prohibitio ſtatuti ciuitatis: q̄ cauetur: vt nul/
lus emat ſericum: niſi de ipſo ſit gabela ſoluta: tc
male faciunt emendo a talibus: quos ſciunt frau
daſſe gabelas: cum contra ſtatutum agunt ſatis
rationabile: di. 8. Que contra mores. Et cum
per hoc minus iuſto communi precio emant ex
quadam equitate: videntur teneri de illa parte:
quam minus iuſto precio emunt gabele: vel
illi qui emunt a communitate ipſam gabelam.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Si autem fuiſſent cooperati ad fraudem: puta:
iuuantes eos ad inducendum in ciuitatē occul/
te: tenerētur ad totam fraudem gabele: extra de
iniurijs ⁊ damnis. c. ſi culpa. Si autem nulla ex/
tat prohibitio per ſtatutum: emendo a talibus nō
videntur in aliquo teneri ſed ſolum ipſi frauda/
tores. Emendo autem ſericū ab his quos veri/
ſimiliter credunt fuiſſe furatos vt filatores vel
textores aut textrices: eo modo tenentur quo ⁊
illi qui emunt rapta ab alijs. De quibus habes
ſupra in 2ª parte ti. i. c. de furto. Nec excuſaret eos
ſi illi dicant ſe iuſte habuiſſe illud ſericum: quia
magiſter ſeu ſetaiolus tenebatur ei in tantū: quia
hoc non eſt ei notum. Et in huiuſmodi multoti
ens homines in hoc ſeipſos decipiunt. Excuſarē
tur tamen ipſi textores: vel alij in hac arte ope/
rarij: quando certi ſunt de hoc: puta: qꝛ cum de/
beat dare. 20. ex manifeſta conuentione: ⁊ nō dat
ſibi niſi decem. Nec poteſt aliter ſe iuuare acci/
piendo ab illo. 10. ſiue de ſerico: qd peruenit ad
manus eius: ſiue de alijs rebus amotis ſcandal:
nō tenetur illi nec peccat: ar. di. i. ius naturale. cum
glo. Caueat tamen ne ſe decipiat: nec ī dubio hº
agat. Vēdūt ēt hi ad ēminū frequēt vt lanifices
Unde idē iuris quo ad licitatiōē vl illicitatiōē
contractus: ſeu vſurariam prauitatem qd dictū
eſt ſupra de lanificibus. Faciunt etiam permuta
tiones frequenter cum lanificibus ⁊ retagliato/
ribus: in quibus cōiter grauant textores: ⁊ alios
operarios ſuos: facientes eis dare pānum quo
non egent. Unde ⁊ reuendendo multū de iuſto
etiam precio perdūt: vt dictum eſt ſupra.

## De aromatariis hoc

miniſterium quo ad medicinalia vite humane cō
ſeruationi deſeruit: adeſſe quo ad alia ad bñ eē:
dr autē multas ſophiſticatiōes in ea fieri ⁊ frau
des. Et in conficiēdis medicinis alia ponūt aro
mata multum vetuſta: vnde ⁊ virtutē modicam
habentia: vel ſi non habent illa que exigunt: ali/
qua alia non ita conferentia loco illorum ponūt
Unde ⁊ infirmo parū proſunt vel forte nocent:
qd cū fieret eſſet graue peccatum. In candelis
formandis aliquando ponunt ibi oleum vel lu/
pinos ſeu fabas fractas bñ maciatas: vt ſit ſimi/
lis coloris: exiſtentes cere incorporentur. in ſpe/
ciebus cōponendis miſcentes que minus valēt
plus debito: ⁊ in cōfectionibus etiam non ſeruā/
do debitum modū. In ſirupijs cū parum in eis
expendant: qꝛ aque ſunt diſtillate: corpus earū
nimium precium apponunt. In ponderibus di
minutis offendunt dantes. ii. vncias eorū: que ad
pondus venduntur ꝑ libra. Et ipi cū emunt ab
alijs talia: velint habere libram ꝑ. 12. vnciis: agē
tes contra illud quod hētur deuterono. 25. c.
Nō habebis in ſacculo diuerſa pondera maius
⁊ minus: vnum. ſ. in emendo aliud in vendendo
Peccant in diebus feſtis vendēdo non neceſſa
ria. nam neceſſaria: vt puta medicinas ꝑ īfirmis
⁊ ipſas cōponendo ⁊ alia huiꝰ neceſſaria: vt ceram
ꝑ funeralibus excuſantur. Super quo inde ciui
tates bene ordinate vt florentia: ſolent ꝓuidere
vt aliqui ex eis teneant apothecas apertas: puta
vnam ꝑ quarterio ⁊ huiꝰ. Aliqui etiam ex mini/
ſtris talis artis dediti gule ſibi aſſumunt: vel ſo/
cijs dant de confectionibus ⁊ ſimilibꝰ ad come
dendū. In quo tenentur magiſtro ſatiſfacere: ſi
ſine conſenſu eius faciunt. Mendacia āt ⁊ piuria
in tali arte ſicut ⁊ alijs ſemper ſunt: vt peccata: ⁊
aliqñ mortalia vitanda ⁊ reprehendenda.

## De barbitonſoribus.

Et qꝛ ad medicinalia pertinet minutio ſāguinis
ſeu flebotomia: qd opus fieri ſolet per barbitō
ſores. Ideo de eis breuiter agendū. In tali ſiq
dem miniſterio fraudes male fieri poſſūt. Sed ī
hoc aliqui offendunt: qꝛ diebus feſtiuis ſine aliq
neceſſitate radunt aliquos: hoc querentes. ſ. ra/
di vel tonderi ob iuuenilē vanitatē vt iuniores
⁊ pulchriores appareāt: qd male poteſt: vt vide
tur excuſari a mortali: cū violēt feſtū vterqꝫ: ar.
2. q. i. notum in fi. Ex hoc āt qꝛ in ſabbato vel vi
gilijs ſolēnitatum operentur vſqꝫ ad. 3. horā noc
tis: ⁊ vltra vſqꝫ quaſi ad mediā noctem ex eo qꝛ
cōiter perſone plus eo tempore in hoc volunt ſi
bi ſeruiri: qꝫ in alio. ⁊ niſi quis eo tpe laboraret:
vt ceteri amitteret in magna parte cōcurſū per/
ſonarum: vnde ⁊ lucrum: vr hoc poſſe tolerari:
attento more generali pr̄ie in huiꝰ. Quāuis enim
ſtatutum eccleſie in obſeruatione ceſſationis ab
opibꝰ diebꝰ feſtis ſit de veſpa ad veſperā. i. ſero:
de cōſe. di. 3. Pronūciandū. tamē mos pr̄ie mul/
tum hꝫ modificare incohationē ⁊ terminatio/
nem feſtorū: cū ēt habeat ⁊ tollere ⁊ īſtituere ipa
feſta: ar. de conſe. di. 3. rogationes. ⁊ di. ii. in his. ⁊
precipue attento qꝛ poſt ſero diei feſti poſſent la
borare ſm illud decretum. Pronūciandum. cū
tamen operentur cōiter vſqꝫ ad mediam noctē
etiam ſic videtur admittenda talis cōpenſatio
ſero vigilie cum ſero feſtiuitatis. Si ab officiali/
bus ad quos ſpectat tale regulare: ordinarēt qꝛ
poſt primam horam noctis vel ſcdam ſub certa
pena nullus in tali arte operaretur: melius eſſet
⁊ tutius: ⁊ tunc oēs tenerentur ſeruare. Et ſeruā
do nulli eorū fieret preiudiciū. In minuendo āt
peccarent: ſi non eſſent ī eo periti. Super oīa de
bēt cauere: ne apothecis eorū fiat ꝯgregatio iuue
num: ad malefaciendū: vt hodie faciunt plurimi.

## De architectis ſeu edifi

catoribꝰ huiꝰ. hec ars ſatis neceſſaria eſt vite hu/
mane ꝑ domibus ⁊ habitatiōibꝰ fiēdis: que nos
ꝺfēdāt a pluuijs ⁊ vētis frigoribꝰ ⁊ caumatibꝰ vt
geſcere valeat hō ⁊ ſecrete opari q̄ expedit. Pri
mus Cain īprobus legitur edificaſſe ciuitatem:
vnde ⁊ domos gen̄. 4. c. Poſt diluuium āt nem
broth. gen̄. 10. c. Primꝰ tyrānus alios ad turrim
edificandū Abel induxit. gen̄. ii. c. vbi ꝯfuſis ob

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſuperbiam eoꝛum linguis:opoꝛtuit edificiuʒ im
perfectum dimittere. Lata enim palatia ⁊ excel/
ſiua edificia vltra conueniētiaʒ ſui ſtatus ad oſtē
tationem facta:deo non placent. Patriarche aūt
in tētoꝛijs hītabāt:vt abraā iſaac ⁊ iacob ſciētes
ſe hic ñ hēre ciuitatē manentē ſʒ domū ñ manu
factā ī celis ampliſſimā expectare. Artē igr̄ hu⁹
vt licitam exercentes cauere debent a fraudib⁹
⁊ periculoſis ſeu ruinoſis operibus magis q̄ʒ cō
tingit multipliciter. Nam ſi conducūtur ad ope
ras dietim data eis mercede ſecūdum conuen/
tionem:fraudem faciunt ⁊ peccant:ſi non fidelit̄
operantur: diligentiam adhibentes pꝛout opus
requirit:⁊ ſi tempus debitum ſubtrahunt ī tru/
fis ⁊ ocioſitatibus ⁊ pigricijs. Si eis ſoluitur ex
pacto ad menſuram cānarum edificij facti: data
eis omni materia neceſſaria a conducente frau
dem committunt:ſi ad hoc vt plus operis faciāt:
vnde plus lucrentur:non congrue laboꝛant :ſed
incurie pꝛopter qđ edificium debile ⁊ ineptum
redditur. ¶ 3° quando accipiunt aliquod edifici
um faciendum ad expenſas ſuas:materiam oēʒ
ponentes pꝛo certo pꝛecio conuento inter eos:⁊
tunc fraudem aliquando committunt:ibi.nō po
nendo calcem ad ſufficientiam:vel alia opoꝛtu/
na:vt minus expendant pꝛo materia:q̄ʒ ibi habe
rent de ſuo ponere:vnde edificium non ſufficiēs
redditur. Nec excuſaret eos:qꝛ ſi vellent pone/
re quod reqritur:⁊ diligenter operari valde mo
dicum lucrarentur:ita paruum ſalariū inde reci
piunt:qꝛ debent ipſi in pꝛincipio hoc aduertere
ſed hoc ideo faciunt:vt citius eis q̄ʒ alijs op⁹ loce
tur. Uerum eſt tamen:ꝙ quando conductoꝛ ta/
lium percipit:ꝙ minus parum lucrentur ex tali
pacto:eo nō obſtante debet ſupplere ad compe
tentem mercedem. Et pꝛecipue quando in tali
opere ſuperuenit caſus:qui bene non potuit pre
uideri:⁊ vt ille diligentius agat opus. Debet etiā
cauere talis patronus ne differat mercedem ſol
uere:quando tempus aduenit ſolutionis: vel di
minute ſoluat:dando res pꝛo pecunia:vel malas
monetas ⁊ huiuſmodi. His ſubſeruiunt latoma
rij ⁊ cementarij:qui peccant quando lateres vel
calcem non bene cocta ⁊ conditionata tribuunt:
vel cum menſuras vel numerum diminutuʒ cō
cedunt:vel cum in diebus feſtis laboꝛant:quan
do cōmode ⁊ ſine magno detrimento ſui ab his
abſtinere valent ideſt alijs diebus faciendo. La
picidinarij quoq; his adnectuntur:quoꝛum aliq
lapides cedunt:⁊ ad rudem foꝛmā trahunt. Alij
diuerſa ide opera exacta perficiūt. Alij ſtatuas ⁊
figuras ſculpunt. vt etiam marmoꝛarij qui ī ope
ribus ſuis multas fraudes facere non poſſūt: qꝛ
manifeſta ſunt opera eoꝛuʒ:poſſūt tamen nimis
pꝛecium exigere ſui laboꝛis:ſed ſi ſic extimatur
a peritis in arte:eis credendum eſt. Poſt pactuʒ
etiam factum de mercede ſi negligenter opera
retur:vt citius expediret:malum eſſet. In hac ar
te periti fuerint ſancti quattuoꝛ coꝛonati.

## De fabꝛis hoꝛū aliqui

ſunt fabꝛi ferrarij: alij carpentarij: quoꝛum pꝛi/
mus fuit Tubalchain:vt patet geñ.5. Inter fa/
bꝛos autem ferrarios pꝛimi in opere ſūt:qui fer
rum a ſcoꝛia ſeparantes ad foꝛmaʒ maſſe vł vir
garum adducunt. Ex inde facientes ferramēta
iumentis qui dicūtur maniſcalli. Qui non ſoluʒ
offendunt tantum in ponendo pꝛaua ferramen/
ta pꝛo bonis:ſed etiam quia aliquādo male fer
rant : vnde iumentum efficitur clauatum:quod
aliquando equitanti inducit magnum damnuʒ:
quia opoꝛtet pꝛopter hoc ſuperſedere in hoſpi/
tijs ⁊ expectare:vel aliam equitaturam ſumere:
vnde videntur teneri de tali damno quādo per
incuriam eoꝛum hoc contingit. ¶ Iſti maniſcalli
ſolent ſe intromittere in medicatione ipoꝛū iu/
mentoꝛum equoꝛum ⁊ alioꝛum:quod de ſe lici
tum eſt:dummodo ſciant artem:⁊ diligenter ex
erceant ſequeſtratis tamen omnibus incantatio
nibus :quia hoc omnino illicitum:⁊ iuſte merce
dē ide petunt: quia dignus eſt operarius merce
da ſua. luc.10.c. Hi aliquando ſolent eſſe media
toꝛes ad vendendum ⁊ emendum talia anima/
lia:tales tamen vulgariter dicūtur coꝛoni:qui ſi
commendant ⁊ conſilio ⁊ perſuaſione inducunt
ad emendum animal defectuoſum pꝛo ſano:⁊ ī
pꝛecio notabiliter decipiunt plus iuſto exiſtimā
tes ſcienter:tenentur leſo de omni damno. recte
autem pꝛocedendo licite recipiunt pꝛecium ſue
mediationis. Et iſti vel alij quicunq; qui locant
equos ad vecturam:offendunt cum commodāt
equos defectuoſos pꝛo bonis. Unde conducen/
ti ſequitur damnum in perſona vel rebus:vł cū
nimium de hoc pꝛecium exigunt:quia vltra cō/
munē extimationē. ¶ Alij ſunt fabꝛi ferrarij faci
entes diuerſa artificia ex ferro vel alijs metallis
vt armaioli faciētes galeas thoꝛaces:loꝛicas pec
toꝛalia bꝛachialia ⁊ huiuſmodi:lāceas ſagittas
baliſtas bombardas ⁊ hi⁹. Et quoꝛ hoꝛū oīum
poteſt eſſe licitus vſus: de ſe talis ars nō eſt illi/
cita:qꝛ in bello iuſto ſi lʒ occidere multo magis
⁊ his vti. 23.q.2. dñs noſter. 10.q.1.c. Quid culpa
tur. Nec obſtat extra de ſagit.c.1.qꝛ illud expōit
cōiter:quādo in bello iniuſto his vtitur. Ex his
ergo iuſtum pꝛecium petere de hi⁹ artificijs:ꝺ ſe
non eſt illicitum. Sed cum manifeſtum eſt ali/
quod bellum eſſe illicitum ⁊ iniuſtum:tunc tali/
bus iniuſte manifeſte bellantibus vendentes ta
lia videntur cooperari peccato eoꝛum: ⁊ pꝛeci/
pue quo ad arma offenſiua: vt gladios lanceas
baliſtas bombardas ⁊ hi⁹. 11.q.3.q cōſentit. foꝛ/
te nō ſic defenſiuis tm̄:vt galea thoꝛace loꝛica ⁊
huiuſmodi. vbi etiam dubiū eēt de iuſticia belli
foꝛte poſſent excuſari. Alij ſūt fabꝛi ad alia opa
dediti:vt inſtra apta ad culturam vomeres ſap/
pas vāgas ſarculos falces ſecures:⁊ hi⁹. Alij pti
nentia ad coquinam:vt cacabos patellas vr/
ceolos tripodes calderias catinos ⁊ huiuſmodi.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Alij pertinentia ad fabricam vel carpentariã: vt malleos icudes forcipes terebra ſerras leuigas aſcias celtes ꝛ hiꝰ. Qui oẽs fraudẽ facere poſſunt in faciendo opera debilia propter malam materiam vel nimio precio vel diminuto pondere.

## De carpentariis ſeu lignaiolis:

hi in faciendo ligna incidere ſm augmentum vel decrementum lune ſine alia obſeruatione dierum non peccant: qꝛ cum luna vt ꝓpinquior planeta multum influat in corpora īferiora ſm rationem naturalem eſt: ꝙ potius incidantur: cum luna eſt in decremẽto ꝙ̃ in augumẽto: In faciendo autem diuerſa opera ex lignis licitum eſt ex tali exercitio lucrum expetere ſcðꝫ ꝙ̃titatem laboris: ꝛ induſtriam operis ꝛ moreꝫ patrie: ſed fraude vtuntur cum ligna parum durabilia tradunt pro ſolidis: ꝛ diu permanſuris. Ex his aliqui tharſias ſeu tharſiata lignamĩa faciunt: qð magis pertinere videtur: ad quendam ornatum ſeu oſtentationem ꝙ̃ ad vtilitatẽ. Qui vero ligna ſecant cum multum laborant: digni ſunt mercede bona fideliter operando: huius artis fuit Joſeph Marie ſponſus. Dicit enĩ Chryſo. in ſermone de epiphania: ꝙ fuit carpentariꝰ. Ad hoc genꝰ miniſterij ſpectat galeas facere naues ꝛ nauiculas ꝛ alia per que nauigatur. qð opꝰ multum eſt vtile ꝛ neceſſarium humane cõuerſationi ad negociandum. Qui tamen iſta operarentur pro eis quos ſcĩt ad pirreriã ſciunt velle idest ad predandum quoſcũqꝫ per mare vel ad deſerendum ipſas ſarracenis: grauiter peccarent qꝛ cooperarentur in malo. Marinarij autem ꝛ alij qui ſunt ductores taliũ lignorum per mare: ſcienter vtiqꝫ peccant mortaliter: cũ ſciunt ad ꝑdam ſeu iniuſtũ bellũ ſe duci: vel vtiqꝫ ſũt excõicati cũ deferunt victualia ad terras infidelium: vt habes in .z. ꝫ. ti. de excõi. alias ꝛ opus licituꝫ ꝛ merces licita. Et cum ſuſtineant ibi immẽſos labores ꝛ peſſimam vitam: tamen dimittere neſciunt tale exercitium ꝛ ita periculoſum: nec tenẽt dimittere. Et cõiter ſunt homines peſſimi blaſphematores frequentes dei ꝛ ſanctoꝝ: ꝛ ſine aliquo dei timore: in periculis tamen videntur ad deum deuotiſſime recurrere: quos etiã deus mirabiliter iuuat: ſed timore ſeruili magis ꝙ̃ amore filiali: apparet eos moueri: cum quaſi ſemper ad vomitum reuertantur: ꝛ nõ curantes de deo ꝛ ſalute ſua. ¶ De piratis ꝛ penis illoruꝫ habes ſupra ĩ ſecunda parte ti. de auaritia. c. de furto. ꝛ iii. z. ꝫ. ti. de excõmunicatione. ibi vide diffuſius ꝛ clarius.

## De artificibus circa

ſcripturas ꝛ picturas ꝛ chartas: quidaꝫ faciẽtes bombicinas: qui dicunt chartarij: nõ valent cõmittere multas fraudes: qꝛ cito appareret defectus charte vel de ruditate eiꝰ ꝛ groſſicie: vel de inſufficientia cole. Unde aliquando attramẽtum non ſeruat: ſed diffunditur fugando. Chartas aũt facientes de pergameno ſeu pellibus animaliuꝫ qui dicuntur pellicani: plures fraudes committere valent: que non cito deprehendi poſſunt ſed in proceſſu: vt cuꝫ littera extinguitur: qð ex parte etiaꝫ ſcriptoris ꝛ attramenti prouenire poteſt cum ipſe ſcriptor neſciat gumare ſufficienter attramentum: vel cum eſt recens ĩmediate ſcribit vel magis ex defectu ſiccitatis talium chartaruꝫ vel raſure. Et qꝛ ex hoc ſequitur notabile dãnũ libris: ideo cum hoc perpendũt: grauiter peccãt. Et ſimiliter qui dicuntur chartularij: qui huiuſmodi chartas reuendunt: cum ſciunt illos defectus: extra de iniu. ꝛ dã. c. ſi. ꝛ nihilominus vt vendant multa mendacia dicunt ꝛ raro tenẽt qð ꝓmittunt grauiter peccãt. In ligando libros etiaꝫ chartularij frequentius operantur: qui diligẽter agendo digni ſunt mercede ſua competenti. Qui enim chartas emptas ab alijs de bombice: vł ꝑgameno reuendant maiori precio: dũmodo moderato non eſt de ſe illicitum. Solent ꝛ eſſe mediatores ad emendum vel vendendum libros pro alijs. Et ꝙ pro tali opere mediationis moderatum lucrum querant: non eſt iniuſtum. Sꝫ ſi defectuoſum librum ſciunt vt multum falſum ꝛ tñ procurãt dari preciũ: ac ſi ðfectũ ñ hẽret cõmẽdãtes ꝓ bono peccãt ꝛ tenẽt ad ſatiſfactionẽ: cũ ſcienter decipiunt emptorẽ. Idẽ ſi faciũt emere vltra iuſtum precium contra conſcientiam ſuam: vel vendere longe minori precio: ꝛ ſi maiori precio vendunt: ꝙ̃ quod petebat: vel intendebat dominus libri: ꝛ illð plus ſibi retinẽt fures ſunt ꝛ latrones ꝛ tenentur ad ſatiſfactionem. ¶ Scriptores vero libroruꝫ in multis offendere poſſunt. Et primo cum ſcribunt cum multis falſitatibus vt ſolent ex quo liber quaſi nihil valet. ¶ 2º cum precio ſtatuto certo pro charta qualibet vel ſexterno aut quaterno faciũt lata ſpacia linearum vel litterarum: vt cito chartas impleãt vel cum ex feſtinantia non ita competentem litteram faciunt. Offendunt etiam cum diebus feſtis ſcribunt pro lucro. Uiolant enim feſtum: qð eccleſia precipit celebrandũ: in ceſſando ab operibus ſeruilibus ſeu manualibus: quale eſt tale opus de conſe. diſtin. ꝫ. pronunciandum. Uide etiam de hoc ſupra in ſecũda parte ti. de ac. c. de negligentia. Pictores non ſolum ſecundũ quantitatem laboris: ſed magis ſecundum induſtriã ꝛ maiorem peritiam artis de ſalario ſui artificij magis vel minus rationabiliter poſtulant ſibi ſolui. Qui in hoc offendunt: quando formãt imagines prouocatiuas ad libidinem: nõ ex pulchritudine ſed ex diſpoſitione carnuꝫ: vt mulieres nudas ꝛ huiuſmodi. Reprehenſibiles etiam ſunt cum pingunt ea: que ſunt contra fidem: cum faciunt trinitatis imaginem vnam perſonam cum tribus capitibus: quod ẽ monſtruꝫ in rerum natura: vel in annuntiatione virginis paruulum

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

puerum formatum ſcilicet ieſum mitti in vteruʒ
virginis: quaſi non eſſet de ſubſtantia virginis:
eius corpus aſſumptum: vel paruulum ieſuʒ cū
tabula litterarū: cum non didicerit ab homine.
Sed nec etiam laudandi ſūt: cū apocrypha pin
gunt: vt obſtetrices in ptu virginis: Thome apo
ſtolo cingulum ſuū a virgine Maria in aſſump
tione ſua ꝓpter dubitationē eius dimiſſū ⁊ hꝰ.
In hiſtorijs etiam ſanctoꝝ ſeu in eccleſijs pinge
re curioſa: que non valēt ad deuotionē excitādā
ſed riſum ⁊ vanitatē vt ſimias canes ⁊ inſequē
tes lepores ⁊ hꝰ: vel vanos ornatus veſtimēto
rum ſuperfluum videtur ⁊ vanū. His herēt mi
niatores libroꝝ ſiue cum calamo: ſiue cum pen
nello: quibus etiam competit ꝑmiuʒ de labore
ſuo. Offendūt ⁊ ipſi ſi diebus feſtis hoc agūt: vel
quando nimiū ꝑcium exigunt: ⁊ maxime cū nō
bona tēperamenta in coloribus mittunt ꝓpter
qđ cito delentur de libris: vel quādo vt cito ex
pleant: nō diligenter faciunt: qū neqꝫ firmatum ē
pactum de tanto precio.

## De miniſterio muſicorum

in cantando ⁊ pulſando. Et cantus quidem
firmus in diuinis officijs a ſanctis doctoribꝰ in
ſtitutus eſt: vt Greg. mag. ⁊ Ambroſio ⁊ al'. Hi
ſcantus autem in officijs eccleſiaſticis quis adin
uenerit ignoro. Pruritui auriuʒ vr̄ magis deſer
uire ꝙ̄ deuotioni: ꝙ̄uis pia mens ēt in his fruc
tum referat audiendo. Qui tamen huic operi iſſi
ſtunt: videant ne dum blanda vox queritur: con
grua vita negligatur: ⁊ deum irritet contra ſe: dū
populum delectat: vt ait Grego. di. 92. in ſancta.
Communiter tamen tales ſolent eſſe leues ⁊ diſſo
luti. Precipue aūt redarguendū eſt in officijs di
uinis: ibi miſceri cantiones ſeu ballatas ⁊ verba
vana: contra qđ etiā Hieroꝰ inuehit: di. 92. cantā
tes. Sʒ ⁊ pulſatio organoꝝ vel alioꝝ inſtrumen
toꝝ ad diuinam laudē initiuʒ virtutis habuiſſe
a propheta dauid: qui non ſolum cantores inſti
tuit in cultu templi ſeu tabernaculi: ſed ⁊ ipē etiā
ante archā domini pulſabat in pſalterio vel or
ganis: vt habetur. 2. Re. 6. ⁊ ī ps. vlt. Laudate eū
ī tympano ⁊ choro: ⁊c. pulſare ergo ī organis vl'
alijs ad dei laudem: non eſt ꝓhibitū: ⁊ iuſte reci
piunt ſalariū pulſantes: tamen pulſare ballatas:
vt frequēter fit: valde deteſtabile eſt: de hoc etiā
habes ſupra in. 2ª pte ti. de ſuperbia. c. de curioſi
tate. Laici vero extra diuina officia pulſantes di
uerſa inſtrā muſica: vel in nuptijs vel in cōuiuijs
dn̄orum: vt tibias bifferos vel alia inſtrumenta
vel alia ob recreationem: cōdēnari non poſſunt
de re illicita. Unde ⁊ certo ꝑcio conduci poſſūt.
⁊ ſimiliter cantantes ſiue laudes in eccleſia ſiue
hiſtorias palatinoꝝ: vel alia dummō honeſta ⁊
locis ⁊ temporibus debitis obſeruatis cum alijs
circūſtantijs: ita ꝙ per hec diuina officia non ne
gligantur. Audire autem cantus mulierum peri
culoſum eſt: ⁊ ad laſciuiam incitatiuū ⁊ ideo ca
uendum. Hiſtrionatus ars qꝛ deſeruit humane
recreationi: que neceſſaria eſt vite hominis ſm
Tho. 2ª 2e. 168. ar. 3. in R. ad. 3. de ſe n̄ eſt illicita.
Unde ⁊ de illa arte viuere non eſt prohibitum.
Ita tamen ꝙ fiat obſeruatis debitis circūſtātijs
locorum temporum ⁊ perſonarum. Non enim
decet clericum talia exercere: de conſe. di. 5. Nō
oportet. nec in eccleſia nec in tempore penitētie
vt. 40. me. ⁊ qꝛ repreſentationes que fiūt hodie
de rebus ſpiritualibus miſcentur cū multis iocu
lationibus ⁊ truffis ⁊ laruis: ideo nō cōgruit eas
in eccleſijs fieri: nec p clericos: extra de vi. ⁊ ho.
cleri. c. cum decorem. Sed cum hiſtriones vtun
tur indifferenter tali exercitio ad repreſentandū
etiam turpia: vel vituperandū ⁊ irridendum per
ſonas ſpirituales: vel ſacramēta ⁊ diuinum cultū
vel miſcentur ibi ſuperſtitiones vel periculuʒ vi
te: vt tendere arcum ſuper funem ⁊ hꝰ illicita eſt
ars: ⁊ eam oportet dimittere. Et de tali intelligi
tur de conſe. di. 2. c. pro dilectione. Et peccatum
eſt talia aſpicere: ⁊ talibus ꝓ illo ope aliquid da
ri: vt dicit Augꝰ di. 86. donare.

## De agricolis ſeu laboratoribus

terre. ars quidē licita ē ⁊ opus neceſ
ſarium vite hūmāe. Unde ⁊ primo parenti dic
tum fuit in ſudore vultus tui veſceris pane tuo.
Gene. 3. Et noe vir agricola plantauit vineāʒ pꝰ
diluuium. Gen̄. 9. Et cum terras ꝓprias labo
rant fraudes in ſuis cōmittere non valent: niſi ī
vendendo fructus ſuos: vel nimio precio vl' di
minutis menſuris: vel viciatas pro bonis. Sed
tanta ē hodie aſtutia ⁊ ſubtilitas hominum: vt
potius ipſi decipiantur ab emptoribus in eo ꝙ
emunt ab eis neceſſitate ducti fructꝰ: ⁊ qꝛ antici
pant tempus fructuuʒ in ſoluendo ꝓ minori pre
cio emunt: qđ ꝑtinet ad vſurā quantū ad emētē
de hoc tamē habes plenius in. 2. parte t. i. c. d vſu
ra. Si autē laborāt terras alioꝝ vl' ad medieta
tem: vel ad affictum: primo modo ſolēt offende
re in non reſpondendo patronis ſuis integre de
medietate. 2º mō pn̄t offendere nō habendo
diligentiam debitā circa poſſeſſionem ipſam: ſʒ
magis ad vtilitatē ſuā in preiudicium patroni.
Nō aūt plus redderent fructuuʒ cultores patro
nis ratione mutui eis facti vſuram ſaperent: qđ e
ſet vitium patronorū. Si autem tenent anima
lia ad ſocidam: poteſt ibi eſſe peccatum vſure vl
iniuſticie: ſecundum varium modum dandi: de
quo ſupra hēs in. 2. parte ti. i. c. de vſura in ſoci
dis. Sed hoc vitium magis accidit in dantibus
ad ſocidam: ꝙ̄ in comitatiuis accipientis. Et ſili
ter de bobus cum quibus colunt terras vl' ſuas
vel aliorum: aut etiam patronorum: ꝓ quo dāt
certam quantitatem frumenti locantibus ipos:
⁊ cum pacto participandi lucrum ⁊ damnū loca
tor ⁊ conductor pro medietate: de quo etiaʒ ibi
habes. Inſuper ⁊ cum animalibus offendūt qn̄
ex negligentia ⁊ multo peius ex certa ſcientia vl

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

malitia permittunt aīalia ipſa depaſcere in agris
ſeu bladis alienis: vnde ⁊ ꝓximos dānificant: in
quo tenentur ad ſatiſfactionē. Et cum aīalia ipſa
vitiata vendūt ꝓ ſanis non diminuendo de pꝛe
cio ſm quantitatem defectus: non ſunt inmunes
a peccato ⁊ ſatiſfactione perſone leſe: pꝛecipue cū
notabile ſequitur dānum emptoꝛi. Offendunt ēt
cum decimas non ſoluunt eccleſijs ſaltim ſꝫ mo
rem patrie: totū vel partem in quo tenentur ad
reſtitutionem eccleſijs de ſubtractis. Sed ō ma
teria decimaꝝ q̄uo homines teneantur vel excu
ſentur: habes diffuſe: in ſecunda pte ti. 4. c. de re
tentione decimarum. Uacantibus autem eccl̄ijs
quaꝝ ſunt parochiani de bonis eccleſie ſeu ſacer
dotis ipſius aliq̄ñ accipiunt ⁊ diſtrahunt ⁊ diſſi/
pant in comedendo ⁊ bibendo. Cogūt etiā ipſos
ſacerdotes ſuos ſeruare quaſdam abuſiones: vt
in diebus reſurrectionis vel natalis vel alteri⁹ fe
ſtiuitatis dent eis notabilem quantitatē panis: ac
ēt vini ad bibendum vſqꝫ ad ebrietatē. In eccle
ſijs ipſis aliquando tripudiāt: ⁊ choꝛeas ducūt
cum mulierib⁹. Quidā autē illoꝝ vadunt ad piſ
cationem: que ars de ſe non eſt illicita. Offēdunt
tñ cum hoc faciunt diebus feſtis. i. propter cupi/
ditatē capientes piſces ⁊ vendentes: eo ꝙ cōtra
illud pꝛeceptū faciunt: opus ſeruile non facietis:
exodi. 20. c. Secus ſi cā recreationiſ vel vt habe
ant aliquos piſciculos ad comedēdū. Si tamen
ꝓpter hoc nō dimittunt auditionem miſſe ⁊c̄.
Quoniā furantur adinuicem piſces tenentur ad
reſtitutionē. Itē deuaſtant aliquādo aggeres p̄/
dioꝛum alioꝛum: ⁊ quandoqꝫ ipſa pꝛedia vnde
tenentur ad dānum: vt habes ſupꝛa in ſecūda p/
te ti. 2. de reſtitutione. Diebus feſtis paruꝫ vacāt
diuinis ⁊ auditioni integre miſſe: ſed ludis vl̄ in
tabernis ⁊ contentionibus ante eccleſias. In ip/
ſis diebus feſtis deferunt in iumētis blada vina
vel alia patronis: per quod violant feſta: niſi ma
xima neceſſitate ducantur: nō valentes aliter vi
uere. De facili blaſphemant deū ⁊ ſanctos. Ma/
ledicunt irati aīalia ſua bꝛuta. Mendacijs ⁊ per
iurijs pleni ſunt. De foꝛnicationibus ⁊ ſodomijs
non faciunt ſibi conſcientiā. Plurimi eoꝛum nō
confitētur ānuatim ⁊ multo pauciores cōmuni/
cant: falſo extimantes ſe nō debere cōmunicare:
niſi cū ſeneſcunt: vel ad moꝛtem infirmantur. Fa
milias ſuas paꝝ inſtruūt in moꝛibus fideliū. Pe
nitentias iniunctas a cōfeſſoꝛibus: ⁊ vota facta
frequēter dimittunt. Incantationibus vtuntur
in ſe: ⁊ in iumentis ſuis: de deo vel ſua ſalute nil
cogitant. Et cum cōiter ſint ignoꝛantes ⁊ parum
curantes de aīa ſua: ⁊ obſeruatione mandatoꝛū
dei: que neſciunt: hoc eſt ꝙ adiuuat eos duci ad
perditionē per viā latā vicioꝝ ignoꝛantia ⁊ in/
curia parochialiū ſuoꝝ cum cōſcia mala: qui nō
curantes de ouibus ſibi cōmiſſis: ſed de lana ⁊
lacte non eos inſtruūt in pꝛedicationibus confeſ
ſionibus ⁊ priuatis monitionib⁹: ſed cum cōi er
roꝛe eoꝝ tranſeuntes, coꝛꝛuptelas ſequūtur eoꝝ
non coꝛꝛigentes eos de vitijs eoꝛū propter qḋ
contingit beſtialiter viuentes aliquando beſtiali
ter moꝛiantur.

Titulus. 9. de ſtatu iudicum ſecularium ⁊ ec/
cleſiaſticoꝛum. Ca. p̄mum quibus modis puer/
tatur iudicium ⁊ de muneribus. Sermo.

BEati qui cuſto
diunt iudiciū ⁊ faciunt iuſtici
am in omni tēpoꝛe. ps. 105. Ac/
tus iudicij ⁊ auctoꝛitas iudicā
di eſt quedā poteſtas delegata
ſeu collata hominibus a deo: qui in hoc tenet lo
cum ⁊ vices dei. Unde in iudicando in quātum
poſſunt debent eum imitari. Unde deutero. p̄.
Quod iuſtum eſt iudicate: dei enim eſt iudiciū.
Nam ⁊ de ſuis iudicijs ipſi iudici deo rōnem ſūt
reddituri: ⁊ ſm qualitatem eoꝝ gl̄am vel penaꝫ
recepturi. Propterea dicitur ſapien. 6. Diſcite iu
dices finium terre pꝛebere aures: vos qui conti
netis multitudines: ⁊ placetis vobis ī turbis na
tionum: qm̄ data eſt a dño ptās vobis: ⁊ virtus
ab altiſſimo: qui interrogabit opera noſtra: ⁊ co
gitationes ſcrutabitur: qm̄ cū eſſetis miniſtri re
gni eius: non recte iudicaſtis: nec cuſtodiſtis legē
iuſticie: nec ſm voluntatem dei ambulaſtis: hoꝛ
rende ⁊ cito apparebit vobis: qm̄ iudiciū duriſ
ſimum fiet his: qui pꝛeſunt id eſt dānatio ⁊ puni
tio grauiſſima iudicibus male iudicantib⁹ ⁊ iniu
ſte. Et paulopoſt ſubditur. Qui cuſtodierint iuſti
ciam iuſte iudicabunt id eſt ſm opus bonum eo
rum remunerabuntur. Quia eni opus excellēs
⁊ laboꝛioſum valde bene peregerunt: magno p̄/
mio coꝛonabuntur. Dicit. n. Mat. 25. Ibunt iu/
ſti in vitam eternā: ⁊ hic in ps. Beati qui cuſto/
diunt iudiciū ⁊c̄. Ubi ēt aīaduertendū: ꝙ quāuis
apud vulgares iudices dicantur doctoꝛes iuris:
tñ ꝓpꝛe loquēdo debent dici tales iuriſperiti. Sꝫ
iudices ſunt quicunqꝫ hn̄t in aliqua materia iudica
re ciuili vl̄ crimīali: ſiue ſint oꝛdīarij ſiū ſubdele
gati ſiue arbitri: ſiue dicantur dñi ſiue ptāteſ ⁊ ca
pitanei ſiue p̄oꝛes ſiue officiales ſiue cōſules ali
cuius artis ſiue rectoꝛes vniuerſitatis ⁊ hm̄. Un̄
Iſodo. ety. 20. li. Iudex dicitur qꝛ ius dictat pplo
ſuū qḋ iure diſceptet. Iure eīāt diſceptare: ē iuſte iu
dicare: vt habetur. 23. q. 2. iuſtum. vnō ⁊ domin⁹
deute. 16. dixit. Iudices ⁊ magiſtros conſtitues
in oībus poꝛtis tuis: vt iudicent ppl̄m iuſto iudi
cio. Antiquitus iudices moꝛabantur in poꝛtis ci
uitatū ad iudicandum: ⁊ iō dicit ī poꝛtis tuis. De
bent ergo iudices deum imitari: cuius ſunt mini
ſtri: de quo ait idem ps. 7. Deus iuſtus iudex foꝛ
tis ⁊ patiēs: nūquid iraſcitur per ſingulos dies?
Niſi conuerſi fueritis gladium ſuū vibꝛabit: ar/
cum tetendit: ⁊ parauit illum: ⁊ parauit in eo va/
ſa moꝛtis vbi. 8. notantur cōditiōes iudicis. Eſt
primo deus iudex iuſtus omnem virtutem in ſe



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf